


TRENT UNIVERSITY



LIBRARY
OF RELIGION



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXXV

SCRIPTORES ECCLESIASTICI MINORES SAEC. IV. V. VI.

FASCICVLVS I.

EVAGRII

ALTERCATIO LEGIS INTER SIMONEM IVDAEVVM ET
THEOPHILVM CHRISTIANVM

EX RECENSIONE

EDVARDI BRATKE.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCIII.

SCRIPTORES ECCLESIASTICI
MINORES SAECVLORVM IV. V. VI.

FASCICVLVS I.

EVAGRII

ALTERCATIO LEGIS INTER SIMONEM IVDAEVM ET
THEOPHILVM CHRISTIANVM

RECENSUIT

EDVARDVS BRATKE

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCXIII.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

LR

BR60.C6 V45

PRAEFATIO.

Dialogus, cui inscribitur *Altercatio legis inter Simonem Iudaeum et Theophilum Christianum*, in titulo auctoris nomine caret. sed praescriptio epistolae disputationi praemissi scriptoris nomen prodere mihi uidetur, quem anno fere 440 in Gallia meridionali claruisse ex fontibus doctrinisque, quibus usus est, conici potest. praeterea Euagrium quendam dialogum composuisse Gennadius Massiliensis memoriae tradit, qui in catalogo uirorum illustrium dicit (c. 51): *Euagrius alius scripsit Altercationem Simonis Iudaei et Theophili Christiani, quae paene omnibus nota est*. Gennadii uestigiis Marcellinus Comes, Honorius Augustodunensis, librarius codicis *C* Altercationis (cf. infra pag. VII) ingressi sunt.

Euagrii apologia christiana fidei quinque codicibus nobis seruata est.

Bonitate, non uetustate principem locum obtinet codex Bambergensis ¹⁾ B III 31 insignitus, membranaceus, saeculo *B* IX nel X scriptus, foliorum 178 forma octonaria. exhibet uariorum patrum imprimis Augustini scripta, inter quae inde a fol. 110¹—128² Altercatio tradita est. antecedit *Sermo S. Augustini de Iuda traditore*, sequuntur *S. Chrysostomi homiliae duae in Eutropium*. hoc Altercationis apographum Th. Zahn inuenit, A. Harnack primus publici iuris fecit, ego iterum qua par erat diligentia excussi. bene scriptum est, sed multae correctiones occurrunt. quarum alteras manus

¹⁾ Cf. Katalog der Handschriften der königlichen Bibliothek zu Bamberg. I. Bd. 1. Abteil. 3. Lief. (edidit Fischer) Bamberg 1903 p. 373.

prima exaravit, ubique fere nihil aliud agens, quam ut nobilis origo stirpis incorrupte seruaretur. alterae a manu secunda plerumque ita confectae sunt, ut non codicem aliquem sed correctoris ingenium tenue fontem fuisse tibi facile persuadeas. B^1, B^2 indicantur correctiones siglis B^1 aut B^2 . sed cum falsarius ab ipso auctore codicis corrigente raro distingui possit, B^1 non primam manum neque B^2 secundam manum significat. sed siglo B^1 significatur id. quod primo scriptum erat, et siglo B^2 id, quod secundo scriptum est. inscriptionem anonymam uerbis *quam scripsit Euagrius* a manu tertia aetatis multo recentioris interpolatam esse ex figura litterarum diuersoque atramento perspicuum est.

Non bonitate sed uetustate hunc testem superat codex *R* Augiensis, numero latino CCLIII ornatus, quem littera *R* notauit, membranaceus, rescriptus, forma octonaria, in monasterio Augiae maioris (Reichenau) a Pirminio, apostolo Alemanniae, ipso, ut uidetur, depositus et nunc in Bibliotheca Carolinensi a me agnitus et explicatus. scriptura posterior saeculi VII—VIII continet commentarium Hieronymi in Matthaenum. scripturam natiuam, quae Euagrii libellum litteris semiuncialibus characteris gallici exaratum, in prima et extrema parte tamen non integrum, praebet, L. Traube, uir rei palaeographicae peritissimus, saeculo VII tribuendam esse opinatur. incipit fragmentum a (*princi*)*pem* p. 8, 5 et desinit in *regnu(m)* p. 46, 11. scriptura eius continua est, nisi quod enuntiata uel maiora enuntiatorum membra et interdum singula uerba punctis discernuntur. contignationes litterarum *m* et *n* in exitu linearum paucae sunt. compendiis scripturae librarius his utitur: $\overline{d\bar{s}}$ pro *deus*, $\overline{d\bar{i}}$ pro *dei*, $\overline{d\bar{o}}$ pro *deo*, $\overline{d\bar{m}}$ pro *deum*, $\overline{d\bar{n}s}$ pro *dominus*, $\overline{d\bar{n}i}$ pro *domini*, $\overline{d\bar{n}o}$ pro *domino*, $\overline{d\bar{n}m}$ pro *dominum*, $\overline{d\bar{n}e}$ pro *domine*, $\overline{x\bar{p}s}$ pro *christus*, $\overline{x\bar{p}i}$ pro *christi*, $\overline{x\bar{p}o}$ pro *christo*, $\overline{x\bar{p}m}$ pro *christum*, $\overline{x\bar{p}ianus}$ pro *christianus*, \overline{d} aut \overline{d} . pro *dixit* uariis locis; $\overline{24, 1}$ $\overline{i\bar{h}m}$ pro *iesum*. $\overline{13, 11}$ $\overline{x\bar{p}o\bar{r}um}$ pro *christorum*, $\overline{18, 3}$ $\overline{s\bar{p}s}$ pro *spiritus*, $\overline{18, 10}$ $\overline{s\bar{p}u}$ pro *spiritu*, $\overline{24, 15}$ $\overline{p\bar{r}i\bar{m}o\bar{s}c\bar{i}}$ pro *primosancti*, $\overline{27, 9}$ $\overline{s\bar{c}i\bar{s}s\bar{i}m\bar{u}m}$ pro *sanctissimum*, $\overline{18, 5}$ $\overline{p\bar{a}t\bar{r}i\bar{a}r\bar{c}h\bar{a}r\bar{u}m}$ pro *patriarcharum*, $\overline{33, 5}$ $\overline{m\bar{e}}$ pro *meae*. orthographiae

et grammaticae haec exempla memoratu digna sunt: 28, 12 *uite tuae* 44, 11 *seculum saeculi*; 46, 9 *a mare ad mare* 13, 7 *defecit* 32, 1 *sufficerat*; 21, 12 *typum* 38, 13 *tipum*; 33, 15 *pasca* 34, 3 *pascha*; 24, 8 *scripturas* sed alibi *scribtu* . . . ; 8, 9 *theophilus* 12, 8 *theofilus*; 25, 14 *qu ur* pro *cur*; 18, 4 *exemine* pro *ex semine*; 11, 7 et alibi *aput* 18, 14 *athuc*; 33, 1 *ouis* 33, 14 *obis*; 38, 13 *tridum* pro *triduum*; 30, 14 *allata* 31, 13 *adlatum*; 11, 5 *ipsum* et *ipso* sed 26, 3 *in hoc ipsud*; 43, 5 sq. *adu(oca)bit* . . . *terra* (pro *terra m*) 34, 6 *in aduentum* pro *in aduentu*. praeterea scriba, qui singulis litteris eleganter figurandis maximam operam dedit, textum fontis sui mendis cuiuslibet generis inquinavit, ut, cum haud raro singula uerba aut consilio adderet, omitteret, mutaret aut incuria corrumperet, liber Augiensis magis quam liber Bambergensis a communi archetypo degeneraret.

Tertius testis accedit codex Casinensis ¹⁾ Nr. 247, membraceneus, formae octonariae, minimum ex partibus quinque constans. Euagrii dialogus in paginis 323—361 saeculo XI—XII litteris characteris langobardico-casinensis exaratus est; antecedit *Hieronymi Altercatio Luciferiani et Orthodoxi*, sequitur pseudoaugustiniana *Altercatio ecclesiae et synagogae* nouandi cupiditate abreptus scriba codicis C suo Marte haud pauca tentauit. unde factum est, ut multae eius scripturae magis speciosae quam uerae uideantur. hunc librum, quem O. de Gebhardt explorauit, inspicere nequii. sed A. Harnack collationem accuratam, quam Nic. Mueller Berolinensis parauerat et ei tradiderat, in usum meum benigne suppeditauit. praeterea in auxilium uocaui textum, quem monachi Casinenses typis describendum curauerunt. sed non uereor, ne mihi crimini uertatur, quod collationem Muellerei praestantiozem iudicauerim. nam illi nonnumquam ex editione Harnackiana pependisse et in uniuersum imaginem codicis non religiosissime

¹⁾ Cf. Bibliotheca Casinensis. Tomi V pars I. 1894 p. 1—3 et (Florilegium) p. 21—33.

depinxisse uidentur. — Ex codice Casinensi fluxit codex Vaticanus nr. 7257 saeculi XVII, quem fortasse L. Zaccagni, bibliothecae Vaticanae custos (+ 1712), conscripsit. adhibui collationem, quam H. Hackel confecit, ab Academia Vindobonensi liberaliter mihi transmissam. codex Vaticanus praebet textum emendationibus uilissimis exornatum; quare hoc libri Casinensis apographum ut nullius pretii ab apparatu critico omnino exclusi.

V Quarto loco adferendus est codex Vindocinensis, unde primum impressa a. 1717 prodiit Euagrii apologia. qua in editione diligenter, ut uidetur, adornata, cum liber manuscriptus ipse neque in Bibliotheca Vindocinensi praesto sit neque alibi adhuc reperiri potuerit, nobis acquiescendum est. hic codex, licet barbaris corruptelis redundauerit, tamen uerba genuina auctoris ipsius et translationis Sacrae Scripturae, quae Itala falso appellatur, nonnumquam inexpectata fide posteritati propagauisse censendus est. in nouissimo¹⁾ Bibliothecae Vindocinensis catalogo codex ille, qui *Altercationum liber I^{us}* inscriptus erat et nunc desideratur, saeculo XI—XII ortus esse dicitur.

Praeterea in catalogis antiquis duorum Altercationis codicum seruata est memoria. atque in catalogo quidem Bibliothecae monasterii Centulensis anno 831 conscripto commemoratur Altercatio pleno titulo appposito *altercatio legis inter simonem iudaeum et theophilum christianum*. quae inscriptio talem formam habet, ut, si coniecturae locus est, deperditum apographum cum teste *B* cognationis uinculo iunctum fuisse putauerim. deinde Th. Zahn me certiore fecit in breuiario²⁾ codicum monasterii Laureshamensis (saec. X) *editas ab euagrio altercationes theophili christiani et simonis iudaei* laudari. de quibus adhuc nihil amplius auditum est. sed ut in codicis


¹⁾ Cf. Catalogue général des manuscrits des Bibliothèques publiques de France. Départements. Tom. III. Paris 1885 p. 454 nr. 182.

²⁾ Cf. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui. Bonnae 1885 p. 99 nr. 256.

Vindocinensis titulo ita etiam in codicis Laureshamensis inscriptione nomen Christiani nomini Iudaei praepositum est.

Codices quotquot ex communi archetypo saepius a genuina forma operis distante originem traxisse haud paruus numerus mendorum, quae omnibus libris communia sunt, docet. differunt autem multo pluribus locis lectiones codicum inter se ita, ut facile minimum duas librorum familias agnoscas, in quas ita discedunt codices, ut alteri *B*, alteri *RCV* accensendi sint. atque scripturarum uarietatem subtiliter inquiringibus uix dubium esse potest, quin codici *B* ducis locum concedere debeamus. maior enim eius auctoritas in eo uidetur, quod saepissime et haud raro solus uera uerorumque uestigia aut mendorum formas primas, unde interpolatorum tentamina explicantur, seruauit. nec uero bonitas eius tanta est, ut non corruptelis laboret, quibus alterius familiae testes uacant. quare ad textum constituendum etiam libri *RCV* haud parum ualent. et *R* quidem fortasse ex ipso codice suae familiae parente descendit, sed manum interpolatricem passus est ita, ut, quamquam haud raro libros *CV* utpote uenerandae uetustatis testis praestantia superat. tamen iis lectionibus, quae codice *R* solo traduntur, nisi contextus uerborum et rerum eas uehementer defendat, exigua fides sit habenda. libros *CV* artiore uinculo inter se cohaerere multarum lectionum mirus consensus demonstrat, ut ambos codices per recensionem mediam satis libere grassantem ex archetypo trium illorum librorum *RCV* deriuatos esse statuamus necesse sit. nec uero quemquam fugere potest numerus lectionum libris *BC* et *BV* peculiarium. quas A. Engelbrecht ita ortas esse explicat, ut post recensionem consensu librorum *CV* repraesentatam librum *B* uel eius similem lectiones quasdam codicibus *C* et *V* suppeditauisse dicat; ego eas partim genuinum archetypi omnibus codicibus communis textum exhibere partim ita ortas esse, ut casu quodam codices *C* uel *V* hic illic cum *B* conspirent, putauerim.

Quo cognationis uinculo singuli codices iuncti sint, ut clarius perspiciatur, hoc fere proponi potest stemma:



Dialogum Euagrii primus edidit ex uno codice Vindocinensi Martene in tomo V Thesauri Noui Anecdotorum 1717 p. 1—18, unde in Bibliothecas Patrum Gallandianam (Bibl. uol. IX) et Mignianam (Patr. lat. uol. XX) transiit. creuit honor eius, postquam A. Harnack (Texte und Untersuchungen I, 3 Leipzig 1883) textu e codice Bambergensi emendato probare studuit Altercationem esse Aristonis Pellaei dialogi, qui *Ἰάσονος καὶ Παπίσκου Ἀντιλογία* dicitur, ab Euagrio ad fidem et mores sui temporis leuiter mutati latinam interpretationem. textus, quem monachi ordinis S. Benedicti abbatiae Montis Casini in Florilegio tomi V partis I Bibliothecae Casinensis p. 21 sq. a. 1894 sine apparatu et sine adnotationibus uulgauerunt, praecipue uno codice Casinensi nititur.

Coniecturam illam de origine Altercationis factam hodie uix Harnack ipse defenderit. sed ne id quidem contendere audeam Euagrium apologiam Aristonis legisse flosculosque ex ea excerpisse. nam nullam uocum uel sententiarum Aristoni peculiarium certam memoriam in Altercatione reperire possum. aliorum uero scriptorum antiquorum ecclesiasticorum studio

Euagrium incubuisse satis ueri simile est. inprimis ex operibus Tertulliani et Cypriani necnon ex homiliis, quae „Tractatus Origenis“ uocantur, libellum suum contexuisse uidetur. sed non facile est dictu, et a quibus et quae mutuatus sit. nam patres ecclesiae numquam nominatim laudat atque ea, quae ex alienis auctoribus deprompsit, non ad uerbum repetere sed ad suum arbitrium et propositum castigare solet.

Ex Veteris et Noui Testamenti libris, si qua citat, Euagrius adducit secundum uersionem Hieronymi textu antiquiorem. sed etiam in Sacrae Scripturae uerbis reddendis magnam audaciam ostendit, ut eadem testimonia pluribus locis perhibita inter se discrepare deprehendas omninoque lacunas, additamenta, alias lectionum ordinarium mutationes saepe detegas.

Quicumque uel obiter perlegerit Euagrii opusculum, in haud exiguis difficultatibus uersari eius et recensionem et interpretationem animaduertet. cui incommodo ut pro uirili parte occurrerem, indices locupletissimos huic uolumini inserui, quibus commentarii loco utantur uelim lectores. sed etiam ex re omnium uisum est, quaecumque hac praefatione et editione quam breuissime absoluta sunt de libris manuscriptis, textus recensione, Altercationis natura fontibus auctore, fusius tractare peculiari commentatione, quae epilegomenon instar ad hanc editionem Annalibus Academiae Vindobonensis anni 1904 inserta propediem prodibit.

Huic praefationi finem imponere non possum, nisi uiris doctissimis gratias egero maximas, qui in Euagrii dialogo edendo me adiuuerunt, inprimis Augusto Engelbrecht, cuius singulari liberalitati et consilio et operae permulta debeo, deinde Petro Corssen, Willibaldo Foerster, Adolfo Harnack, Alfredo Holder, Ludouico Traube, Theodoro Zahn, quorum suis quisque beneficiis me sibi deuinxit.

Inueniat et auctor et editor propitios iudices!

Vratislaniae, mense Aprili a. 1904.

Eduardus Bratke.

SIGLORVM CONSPECTVS.

- B* = Codex Bambergensis B III 31 saec. IX—X.
R = Codex Augiensis CCLIII saec. VII.
C = Codex Casinensis 247 saec. XI—XII.
V = Codex Vindocinensis deperditus saec. XI—XII.
puncta subscripta sunt iis codicum litteris, quae minime aut non perspicue cognosci poterant.
- A.* = Altercatio legis inter Simonem Iudaeum et Theophilum Christianum.
- Consult.* = Consultationum Zacchaei Christiani et Apollonii philosophi libri tres (Migne, Patrol. lat. XX [1845] p. 1071—1166).
- Cypr.* = Cypriani opera. ed. Hartel. 3 Tom. 1868—1871.
- Euch.* = Eucherii Lugdunensis opera. ed. Wotke. Pars I. 1894.
- Firm. Mat.* = Iulii Firmici Materni Lib. de errore profanarum religionum, ex recensione C. Halmii. 1867.
- Hahn* = A. Hahn, Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche. 3. Aufl. von L. Hahn mit einem Anhang von A. Harnack. 1897.
- Orientius* = Orientii opera (certa et dubia). ed. Ellis. 1888.
- Phoeb.* = Phoebadii Aginnensis Lib. contra Arianos (Migne, Patrol. lat. XX [1845] p. 13—30).
- [*Phoeb.*] *Lib. fidei* = Libellus fidei Phoebadio adscriptus (Migne, Patrol. lat. XX [1845] p. 49—50).
- [*Phoeb.*] *Tract. d. f.* = Tractatus de fide orthodoxa contra Arianos adscriptus Phoebadio (Migne Patrol. lat. XX [1845] p. 31—50).
- Tert.* = Tertulliani opera. ed. Oehler. 3 Tom. 1851—1854. — ed. Reifferscheid et Wissowa. Pars I (cum numeris et paginarum et linearum) 1890.
- Tract. Orig.* = Tractatus Origenis de libris ss. scripturarum. ed. Batifol. 1900.
-

EVAGRII

ALTERCATIO LEGIS INTER SIMONEM
IVDAEVM ET THEOPHILVM CHRISTIANVM.

ALTERCATIO LEGIS INTER SIMONEM IUDAEUM ET
THEOPHILUM CHRISTIANUM.

I Domino fratri Valerio Euagrius salutem. Gratissimam tibi referam quaestionem factam nuper sub oculis nostris, quam tu quoque, cum cognoueris, gratanter accipies. fuit igitur altercatio legis inter quendam Simonem Iudaeum et Theophilum Christianum.

1 cf. Gennadius, De uiris inlustr. c. 51 (ed. Richardson apud O. de Gebhardt et A. Harnack, Texte und Untersuchungen. XIV, 1896 p. 79): *Euagrius alius scripsit Altercationem Simonis Iudaei et Theophili Christiani quae paene omnibus nota est.* e Gennadio pendunt Marcelinus Comes, Chronicon (Monumenta Germaniae. Auctores antiquiss. Tom. XI. Pars I. 1893 pag. 76. ed. Th. Mommsen) ad an. 423 et Honorius Augustod. De script. eccl. II, 49 (Migne Patrol. lat. 172, 216).

1 altercatio legis inter simonem iudaeum et theophilum christianum *codex Centulensis* editae ab euagrio altercationes theophili christiani et simonis iudaei *codex Laureshamensis* incipit altercatio legis inter symonem iudeum et theofilum christianum (*additum est a manu recenti* quam scripsit Euagrius) *B* incipit liber euagrii monachi de altercatione symonis iudei (*ex iudae corr. m. 1*) et theophili episcopi alexandrini (*sequuntur uerba rubra* e Gennadio de uiris illustribus et uita *Euagrii, quam Gennadius enarrauit, a manu recenti scripta*) *C* (*V nec titulum nec auctorem prae se tulisse uidetur, Martene inscribit dialogum Altercatio inter Theophilum Christianum et Simonem Iudaeum*) 3 Domino—salutem scripsi, domino fratri ualerio aelius. (e *nominis aelius in ras.*; 1 *ut uidetur in ras., certe sine integritate primae originis; Th. Zahn [Forschungen etc. IV. 1891 p. 313] opinatur agrius esse natiuam codicis lectionem formamque corruptam nominis auctoris Euagrius*) salutem *B, om. C, def. V, cf. „Epilegomena“ § 3* gratissimam—accipies (refero et nuper factam *C*) *BC, def. V* a fuit incipit *V*

Iudaeus igitur sic ait: Crucicola, signifer, Christianae legis te profiteris esse doctorem. habes et me patientem auditorem, si modo interrogationibus meis non lenocinio sermonum nec argumentis uerborum sed legis praesentia conprobes ueritatem. aut, si tu me hodie reuiceris, facito Christianum; aut, ego te cum superauero, faciam Nazoraeum Iudaeum.

Theophilus Christianus dixit: Non gloriatur gibberosus sicut rectus.

II, 1 *Simon Iudaeus dixit:* Quem colis?

Theophilus Christianus dixit: Deum. 10

Simon Iudaeus dixit: Ego tecum de Christo crucifixo contendo, quem uos dominum dicitis.

Theophilus Christianus dixit: Sane dicimus et audenter probamus dominum deum esse.

Simon Iudaeus dixit: Sacri uenerandique libri Deuteronomii uox resultans dicit: uidete, quoniam ego sum, et non est alius praeter me deus. Esaias dicit: ego primus et ego nouissimus, et praeter me non est deus. 15

6 *Nazoraeum*] cf. Gen. 49, 26. Num. c. 6. Deut. 33, 16. Iudd. 16, 17. Thren. 4, 7 16 Deut. 32, 39 17 Esai. 44, 6

Auctores: 1 *crucicola, signifer*] cf. A. 34, 10—35, 12. 53, 1 *signo—consecrari* 6 *Nazoraeum Iudaeum*] cf. A. 48, 7. 51, 5—8. — At Nazaraei Christiani apud Tert. Adu. Marc. IV, 8 et Tract. Orig. II p. 20, 25—21, 1. XII p. 138, 10—11 (p. 214).

1 crucicola *CV*, crucicola *B* 2 doctorem *BC*, auctorem *V* auditorem *CV*, adiutorem *B* 3 non *BV*, et n. *C* lenocinio *BC*, lenociniis *V* nec *B*, aut *CV* 4 uerborum *B*, om. *CV* 5 aut *pr. B*, quod *CV* reuiceris *BC*, uiceris *V* te cum *BC*, cum te *V* 6 nazoreum *C*, natorem *B*, nazaraeum *V* 7 gibberosus *B*, gybberosus *C*, giberosus *V* sicut *BC*, ut *V* 10 Theophilus—12 dicitis om. *V* 12 dominum *B*, deum *C* 13 sane *BC*, sane si *V* 14 dominum deum esse *B*, om. *CV* 15 libri *BC*, om. *V* 16 uidete *BV*, uidete uidete *C* quoniam *BC*, quod *V* sum *BV*, s. deus *C* 17 alius *BV*, om. *C* praeter me deus *BV*, d. p. m. *C* esaias *B*, et esaias *CV*

Theophilus Christianus dixit: Sacratissima Christi uox est. quam si tu uolueris cognoscere, oportet te primum credere. tunc demum poteris intellegere. Esaias enim redarguit te dicens: nisi credideritis, non intellegetis. indubitanter
 5 igitur deum omnipotentem, inuisibilem, immensum, inconprehensibilem nouimus et scimus et colimus, deinceps Christum deum et dei filium profitemur. quod autem dicit: ego primus et ego nouissimus, duos aduentus Christi significat.

Simon Iudaeus dixit: Quid illud, quod ait: praeter me
 10 non est deus?

Theophilus Christianus dixit: Christus deus, dei filius, de se dixit, quia praeuidebat Antichristum uenturum et se deum dicturum. de quo Zacharias propheta dicit: ecce suscito pastorem in terram, et quod deficiet non denotabit
 15 et disparsum non requiret et contribulatum non saluabit et integrum non consummabit et carnes electorum comedet et talos eorum euertet, et gladius eorum super brachium eius est et super oculum dextrum ipsius. brachium ipsius arefiens arefiet, et
 20 oculus ipsius dexter obcaecatus obcaecabitur. proinde Christus dicit: ego primus et nouissimus, et praeter me non est deus.

4 Esai. 7, 9 13 Zach. 11, 16—17. cf. II Thess. 2, 3—4

Auctores: 9—4, 12 cf. Euch. Instr. I p. 96, 26—97, 13

2 si tu *BV*, si *C* 3 tunc *B*, et t. *CV* 5 deum *CV*, dominum *B* immensum inconprehensibilem *BC*, *om. V* 7 dicit *BV*, dixit *C* 8 ego (*supra et infra ego ras. B*) *BV*, *om. C* 9 quid *BV*, q. est *C* 11 dei *BC*, et dei *V* 12 antichristum *CV*, antechristum *B* et—dicturum *B*, *om. V*, e. deum s. d. *C* 13 suscito *BC*, suscitabo *V* 14 terram *BC*, terra *V* denotabit (*ex denotauit*) *B*, uisitabit *V*, uisitauit *C* 15 disparsum *B*, dispersum *C*, dispersos *V* 17 et talos *BC*, *om. V* et gladius eorum *B*, gladius *V*, gladium *C* 18 eius *BC*, ipsius *V* 19 brachium ipsius *BC*, *om. V* arefiens arefiet *BV*, arefiet *C* 20 dexter obcaecatus obcaecabitur *BC*, obcoecabitur dexter *V* 21 nouissimus *BC*, ego n. *V* et praeter—deus *BC*, *om. V*

Simon Iudaeus dixit: Ergo tu duos deos facis?

Theophilus Christianus dixit: Deus unus est, ex quo Christus et in quo deus, sicut Abrahae ad ilicem Mambre tres uisi sunt, quibus occurrens unum salutauit dicens: domine, si inueni gratiam ante te, accipiam aquam, et lauauerunt pedes uestri, et refrigerate sub arbore — quod tres scilicet uidebantur — ex praescientia diuinitatis, quod arbor crucis Christi credentibus tegmen refrigerii praestaret. aequo enim propheta in psalmo LXXXI dicit: deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernens. utique de Christo dicit, qui in synagogis uestris docuit et uirtutes magnas fecit. proinde in psalmo XLVIII dicit: thronus tuus, deus, in saecula saeculorum, uirga aequitatis uirga regni tui. dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te, deus, deus tuus oleo laetitiae plus quam participes tuos. quis deus uel quem deum dixit, Iudaeae? utique deus pater de Christo filio suo, pro quo et de

2—3 cf. Ioh. 1, 1. 10, 30 4 Gen. 18, 3—4 8—12 cf. Ioh. 10, 33—36. Marc. 1, 21—27. 3, 1—5 al. 9 Ps. 81, 1 12 Ps. 44, 7—8

Auctores: 7—8 cf. Tract. Orig. II p. 15, 2—10 8—5, 11 cf. Cypr. Test. II, 6 8—12 cf. Tract. Orig. VI p. 58, 1—22 A. 8, 4—5

1 deos *BC. om. V* 2 deus unus est *BV*, u. e. d. *C* 3 in *CV*, *om. B* sicut *BV*, *om. C* ad *BV*, autem ad *C* mambre *BC*, mambrae *V* 4 uisi sunt *BC*, uidit *V* domine *CV*, *om. B* 5 accipiam *BC*, accipe *V* 6 refrigerate *BC*, refrigera te *V* arbore *B*, a. ista *C*, arborem istam *V* tres scilicet *B*, scilicet abraham *CV* 7 uidebantur *B*, uidebat *CV* ex praescientia *B*, praesentiam *CV* 8 credentibus tegmen *BC*, t. c. *V* aequo enim *B*, de quo *CV* 9 LXXXI dicit *B*, *om. V*, octogesimo primo d. *C* 10 deos *BV*, d̄s *C* discernens *B*, discernit *C*, diiudicat *V* 11 sinagogis (*sic*) uestris *B*, synagoga *C*, synagoga deorum *V* 12 magnas *B*, *om. CV* XLIV dicit *C*, LXIV d. *B*, quadr. quarto d. *V* 15 uuxit *B*, unxit *C*, benedixit *V* deus *pr. BC*, *om. V* plus—tuos *BC*, prae participibus tuis *V* 16 uel quem *B*, pro quo *C*, propter quem *V* deum *V*, deo *C*, dominum *B* 17 de christo filio *B*, d. chr. deo f. *C*, christum dei filium *V* suo *B*, *om. V*, eius *C*

quo receptissimus prophetarum Hieremias dicit: hic est
 deus noster et non est alius nec aestimabitur absque
 illo, qui inuenit omnem uiam prudentiae et dedit eam
 Iacob puero suo et Israel dilecto suo. post haec in
 5 terris uisus est et cum hominibus conuersatus est.
 item in psalmo XLV dicit: uacate et uidete, quoniam ego
 sum deus, exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
 et in psalmo LXVII: cantate domino, psallite nomini eius,
 iter facite ei, qui ascendit in occasum; dominus
 10 nomen est illi. longum erit, ut exempla prosequar plura;
 his paucis ueritas conprobatur.

Simon Iudaeus dixit: Recte quidem accumulent testimonia
 unito spiritu fruentes, operi tuo consentientes. sed illud uolo
 edisseras mihi, sicubi in loco deus per semetipsum deum
 15 Christum constituit. tunc demum Christum deum et dei filium
 credere cogitabo.

Theophilus Christianus dixit: Incredule Iudaeae, iam et de
 prophetis disputas? accipe tamen interrogationi tuae responsum.
 deus ad Moysen loquitur dicens: ecce dedi te deum Phara-

1 Baruch 3, 35—37 6 Ps. 45, 11 8 Ps. 67, 5 19 Exod. 7, 1

Auctores: 1—5 cf. [Phoeb.] Tract. d. f. c. 7 p. 44 AB 12 testi-
 monia] cf. Cypr. Test.

1 hic est deus noster *B*, hic deus *CV* 2 aestimabitur *BV*, existi-
 mabitur *C* 3 omnem uiam prudentiae *B*, omnem prudentiam *CV*
 eam *BC*, om. *V* 6 dicit uacate *BV*, uacate *C* 8 et *BV*, item *C*
 LXVII *C*, sexagesimo septimo *V*, XLVII *B* 9 in *BC*, super *V* do-
 minus *BV*, deus *C* 10 est *BC*, om. *V* illi *BV*, ei *C* crit *BC*,
 est *V* exempla *V*, exemplaria (*ex* exemplar) *B*, in exemplar *C* pro-
 sequar *BC*, persequar *V* plura *BV*, plurima *C* 12 accumulent
 testimonia *Engelbrecht*, accolent (*c pr. super ras.*) t. *B*, accolent testi-
 monio *C*, ad colentes testimonia *V* 13 fruentes *B*¹, fruentis *B*², fatentes
CV operi *B*, ori *CV* consentientes *CV*, consentientis *B* 14 mihi
BC, om. *V* deum christum *C*, chr. d. *V*, dominum chr. *B* 15 deum
CV, dominum *B* 16 credere *BC*, om. *V* 17 incredule iudaeae *BV* (*sed*
cf. 18, 12), incredule *C* 18 interrogationi (interrogationis *B*²) tuae *B*,
 interrogationibus tuis *CV* 19 moysen *BC*, moysen *V* deum *CV*,
 dñm (*m in ras.*) *B* pharaoni *C*, faraoni *B*, pharaonis *V*

oni, et Aaron frater tuus erit tuus propheta. peruide hunc Moysen typum Christi fuisse, gentium incredibilium deum; quanto magis Christus credentium est deus! sicut Moyses populum de Aegypto, de durissima Pharaonis seruitute liberauit, ita et Christus populum suum de idolorum seruitute 5 et de diaboli potestate liberauit.

Simon Iudaeus dixit: Si ergo Christus deus est et dei filius, quomodo ergo in Genesi scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram? poterat utique dixisse: in principio fecit deus pater et deus filius caelum et terram. 10

Theophilus Christianus dixit: Erras, Iudaeae, nec umquam inuenies ueritatem, nisi ueritatis intellegas originem. nam si uelis credere, poteris et principium eius inuenire, qui est Christus, dei filius. sic enim: in principio, ait, fecit deus caelum et terram, hoc est in Christi arbitrio et ad eius 15 uoluntatem et ad cuius imaginem et similitudinem [nostram]

3—5 cf. Exod. c. 1—15 8 Gen. 1, 1 12 *ueritatis . . . originem*] cf. Ioh. 14, 6 13 *principium*] cf. Ioh. 8, 25 ex ant. uers. text. lat.

Auctores: 2 *Moysen typum Christi*] cf. Tract. Orig. VII p. 77, 2—3. A. 21, 12—14 2—6 cf. Tract. Orig. VII p. 76, 17—77, 5. 10—12. A. 33, 14—34, 12 5 *idolorum seruitute*] cf. Consult. I, 18 p. 1084 D A. 34, 8 7—7, 3 cf. Euch. Instr. 1 p. 66, 17—22. 92, 1—3. 97, 2—3. Consult. II c. 3 p. 1111 C et c. 5 p. 1115 C 13 *principium*: [Orientius] De trin. p. 245, 35 16 *ad cuius*—7, 6 *erras* cf. Tert. Adu. Prax. c. 12

1 aaron frater tuus *B*, f. t. a. *CV* tuus propheta *BC*, p. t. *V*
peruide *BC*, praeuide *V* 2 hunc *B*, nunc *CV* moysen *BC*, moysen
V typum *BV*, initium *C* 3 sicut *B*, s. enim *CV* 4 de *alt.*
B, *om.* *CV* 5 liberauit *BC*, *om.* *V* ita *BC*, sic *V* populum—
et *B*, p. in se credentem (i. s. c. *in ras. a m. 1*) *C*, credentes *V*
8 genesi *BV*, genesis *C* 9 fecit deus *BV*, d. f. *C* poterat utique
B, potuerat *CV* dixisse *V* et ut uid. *B*¹, dicere *B*²*C* 10 deus *pr.*—filius
(filius ex filium *B*) *BC*, pater et dei filius *V* 13 uelis *CV*, uelles *B*
poteris *B*¹*CV*, poteris *B*² principium *BC*, in principio *V* eius
BV, ipsius *C* qui *BC*, quis *V* 14 in principio *B*, *om.* *CV*
15 arbitrio *BV*, arbitrium *C* eius uoluntatem et *BC*, u. eius et *V*
16 cuius *BV*, eius *C* imaginem et similitudinem. nostram. *BC*, ima-
ginem *V* nostram *uncis seclusi*

hominem facere dignatus est. dicit enim: faciamus hominem (ad imaginem et similitudinem nostram)! et rursus infra dicit: fecit deus hominem ad imaginem dei, masculinum et feminam fecit eos.

5 *Simon Iudaeus dixit*: Potuit hoc et ad angelos dixisse.

Theophilus Christianus dixit: Erras, Iudaeae. cui enim angelorum dixit deus: filius meus es tu, ego hodie genuite? et rursus in psalmo dicit: ponam principem illum, excelsum prae omnibus regibus terrae. angelis autem iubet, ut Christum adorent. et iterum in cantico Deuteronomii dicit: laetamini, gentes, cum eo, et adorent eum omnes angeli dei.

Simon Iudaeus dixit: Proba mihi Christum principem esse.

15 *Theophilus Christianus dixit*: Iam dixi. nunc accipe aliam probationem, si poteris uel sic credere. nam cum Iesus filius Naue staret trans Iordannem, uidit uirum stantem, et gladius utraque parte acutus in manu eius. dicit illi Iesus: noster

1 et 3 Gen. 1, 26. 27 5—12 cf. Hebr. 1, 5—6 7 Ps. 2, 7
8 Ps. 88, 28 10 cf. Ps. 96, 7 11 Deut. 32, 43 16 *gladius—acutus*]
cf. Apoc. 1, 16. 2, 12. 19, 15 17 Ios. 5, 13 sq.

Auctores: 7 cf. Consult. II, 13 p. 1132 B 13—8, 2 cf. Consult. II, 13 p. 1131 C *Ille denique—edixit*. A. 43, 16 sq.

1 hominem—hominem *om. C* facere dignatus est *B, d. e. f. V*
2 ad imaginem et similitudinem nostram *add. Engelbrecht et ego* et
alt.—hominem om. V rursus *B, rursum C* 3 dei *B, et similitudinem d. CV*
5 hoc et *BV, e. h. C* dixisse *B¹CV, dicere B²*
6 enim *BC, umquam V* 7 dixit deus *BV, dixit C* 8 rursus *BV, iterum C*
psalmo dicit *BV, psalmo octogesimo octauo C* ponam principem *B, pr. p. CV* 9 omnibus *BC, om. V* 10 ut *BC, om. V*
et iterum in *BV, in C* cantico *C, canticum B¹V* deuteronomii (*e alt. in ras. B*) dicit *BV, deuteronomii C* 13 principem esse *BC, e. p. V*
14 nunc accipe *B, a. n. V, a. C* 15 poteris *B, potueris CV*
16 iordannem *B, iordanem CV* uidit uirum *BC, uir. uid. V* stantem *BV, st. contra se C* gladius *BV, gladium C* 17 utraque *BV, ex u. C*
acutus *B¹CV, erat addit B²* dicit *BC, dixit V*

es aut aduersariorum? at ille respondit: ego sum princeps militiae maiestatis domini.

II,2 *Simon Iudaeus dixit*: Et hoc modo uolo mihi edisseras, quomodo est filius dei Christus. nam et omnes sancti filii dei dicti sunt. proinde sicut mihi probasti principem illum esse, proba mihi nunc illum dei filium ex deo natum. longe enim remota est diuinitas a coitibus humanis nec miscetur complexui.

Theophilus Christianus dixit: Loqueris quasi Iudaeus. nam Christus deus, dei filius, primogenitus, uerbo editus, ore prolatus, uuluae intaminatae iaculatus. sicut enim deus in principio, cum hominem e limo terrae faceret, flatum suum in eundem spirauit — et factus est homo in animam uiuam —, ita et uerbum suum, hoc est Christum, ex utero cordis sui genuit, sicut in Basilion libro secundo dicit: et fuit uer-

4 cf. Ps. 81, 6 13 Gen. 2, 7 15 II Reg. 7, 4—5.
12—14. 16

Auctores: 4 cf. A. 4, 8—12 10—11 *Christus—iaculatus*] cf. A. 11, 8. 17, 13—16. 19, 10—11 9—12, 14 cf. Tert. Adu. Prax. c. 5—8 (10 *primogenitus*] cf. c. 7 p. 660. *uerbo editus*] cf. c. 5—7. *ore prolatus*] cf. c. 6—8. 14 *ex utero—genuit*] cf. c. 7 p. 660 *est primogenitus—cordis ipsius*). c. 11. 19. 21. 28. Adu. Hermog. c. 3. 18—20 10 *uerbo editus*] cf. Consult. II, 13 p. 1131 A *filius in uerbo . . . natus ex patre* 15 cf. Consult. II, 13 p. 1131 C. Cypr. Test. I, 15. II, 11

1 aut *B*, an *CV* at ille respondit *BC*, om. *V* sum *BC*, om. *V*
3 modo uolo *B*, u. *V*, u. ut *C* 4 est *BV*, om. *C* dei *BC*, om. *V*
5 dicti *BV*, om. *C* mihi probasti *BV*, approbasti *C* a pem (*in principem*) *incipit cod. R fol. 113*² illum] om. *R* 6 proba] approba
R mihi *BR*, om. *CV* illum *BC*, om. *R*, post filium *add. V*
7 coitibus *BV*, coetibus *R*, cetibus *C* 8 complexui *B*, . . mplexui *R*, complexui *C*, amplexui *V* 10 deus] om. *C* . dei] deus *V* editus] genitus *C* 11 uuluae—iaculatus *scripsi*, om. *CV*, hulbae int. iac. est *R*, u. incontaminatae iac. *B* (*cf. 19, 10*) in principio cum hominem] eum h. i. pr. *V* 12 e] de *C* faceret] fecerat *V* 13 eundem *B*, eundem *V*, eodem *C*, eum *R* spirauit *B*, spirauerat *V*, aspirauit *R*, inspirauit *C* uiuam *R* 14 ita et] e. i. *V* 15 basilion *V*, regnorum basyilion *C*, regnorum *BR* secundo *BRV*, om. *C* fuit] factum est *C*

bum domini ad Natham prophetam dicens: uade et
 dic seruo meo Daud: non tu aedificabis mihi domum
 ad inhabitandum. sed, cum inpleti fuerint dies tui et
 dormieris cum patribus tuis, excitabo semen tuum
 5 post te. hic aedificabit domum nomini meo. et erigam
 thronum illius usque in saecula. et ego ero illi in
 patrem, et ipse mihi erit in filium, et fidem conse-
 quetur domus eius. item in psalmo II dicit: quare fremu-
 erunt gentes et populi meditati sunt inania? adsti-
 10 terunt reges terrae et populi conuenerunt in unum
 aduersus dominum et aduersus Christum eius: disrum-
 pamus uincula eorum et proiciamus a nobis iugum
 ipsorum. qui habitat in caelis iridebit eos et dominus
 subsannabit eos. tunc loquetur ad eos in ira sua et
 15 in furore suo conturbabit eos. ego autem constitutus
 sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius,
 praedicans praeceptum domini. dominus dixit ad me:
 filius meus es tu, ego hodie genui te. pete a me, et
 dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem
 20 tuam terminos terrae. reges eos in uirga ferrea et

8 Ps. 2, 1—9

1 natham *B*, natham *R*, nathan *CV* ab am (in nomine proprio) inc.
 codicis *R* fol. 106¹ 3 inhabitandum *B*, habitandum *RCV* inpleti *B*,
 impleti *CV*, completi *R* tui et] tui ad inhabitandum et *B* 4 dor-
 mieris—tuis *BR*, om. *CV* excitabo] suscitabo *V* 6 thronum *CV*,
 tronum *R*, domum *B* illius *BR*, eius *CV* illi] ei *C* 7 patrem
B⁴V, patre *RB²C* mihi erit *B*, erit mihi *CV*, erit om. *R* filium
CV, filio *BR* fidem] fides *B* 8 domus *RC*, et domus *V*, do-
 mum *B* item] et *V* II *V*, secundo *BR*, om. *C* a muerunt
inc. cod. R fol. 113¹ 9 adstiterunt usque 10, 1 eos om. *V*
 10 populi *B*, principes *RC* in unum *BR*, om. *C* 11 dominum
BC, deum *R* disrumpamus *BC*, dirumpamus *R* 12 proiciamus
BC, abiciamus *R* 13 celis *R* 14 thunc *R* 18 meus *BC*,
 om. *R* pete *BR*, postula *C* 20 a terminos *inc. cod. R*
 fol. 106²

tamquam uas figuli confringes eos. item in psalmo XLVIII: eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. et Esaias dicit: consummatas quidem et breuiatas res audiui, quoniam uerbum breuiatum faciet deus in omni terra. hoc est uerbum, quod uerbera 5 nostra sanauit, de quo in psalmo CVI dicit: misit uerbum suum et sanauit eos. item in alio psalmo deus testimonium perhibet per prophetam dicens, quod caelum, de quo supra diximus, de Christo et in Christo, quod est uerbum dei, fecerit: uerbo domini caeli solidati sunt et spiritu oris eius 10 omnis uirtus eorum. hoc est uerbum, quod uelociter mundum percucurrit et animas errantium per legem nouam ad dominum conuertit, de quo in psalmo CXLVII dicit: qui emittit uerbum suum terrae, uelociter currit uerbum eius. et Esaias dicit: ecce uerbum domini factum est illis in 15

2 Ps. 44, 2 3 Esai. 10, 22—23 6 Ps. 106, 20 10 Ps. 32, 6
13 Ps. 147, 15 15 Hier. 6, 10

Auctores: 1—11 cf. Cypr. Test. II, 3 8 *supra*] cf. A. 6, 7—16
12 *legem nouam*] cf. A. 2, 1

1 confringes *B²RC*, confringis *B¹* eos. item *BC*, eos et nunc reges intellegite. item *R* psalmo] alio psalmo *R* 2 quadragesimo quarto *R* bonum] *om. R* 3 et *BR*, *om. V*, item *C* dicit] *om. C* consummatas *V*, consumatas *C*, consummatur *B*, consum. . . sunt *R* 4 breuiatas] adbreuiatas *V* 5 deus] dominus *C* hoc] hic *V* quod *BR*, qui *CV* uerbera *BV*, uulnera *RC* 6 CVI *BC*, centesimo sex̄to *R*, centesimo quinto *V* a t (*in dicit*) *inc. cod. R fol. 100²* 7 alio] alium *R* psalmo] *om. R* deus—caelum *scripsi*, dicens deus test. perh. per pr. d. q. c. per prophetam dicens *B*, test. perh. propheta d. q. c. (celum *R*) *RCV*, cf. 11, 6. 46, 7 8 de quo supra] desuper *R* 9 de] *om. V* quod *B*, qui *RCV* fecerit] *om. R* 10 domini] dei *R* celi *R* solidati *BR*, firmati *CV* 11 hoc] hic *V* est] *om. B* quod] qui *V* mundum] . . . ntium (errantium *ex ditogr. ?*) *R* 12 percucurrit *B*, percurrit *RV*, pertransiit *C* nouam] *om. R* dominum *BR*, deum *CV* 13 CXLVII *B*, centesimo quadragesimo septimo *C*, centesimo septimo *R*, centesimo quadragesimo sexto *V* dicit] *om. V* emittit] mittit *C* 14 uerbum *alt. B*, sermo *RCV* 15 dicit *BV*, *om. RC* ecce] *om. C* domini] dei *R*

maledictum, et noluerunt illud. nam, si uelis Iohannem nostrum audire prophético ore clamantem, in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per illum facta sunt, et sine illo factum est nihil. et rursus filius pari genere testimonium reddit patri et natiuitatis suae exordia testatur dicens apud Salomonem: ego ex ore altissimi prodiui primogenitus ante omnem creaturam. ego in caelis feci, ut oriretur lumen indeficiens. ego in altis habitauit, et thronus meus in columna nubis. uides ergo, Simon, exeuntibus patribus tuis de Aegypto quia Christus erat, qui in columna nubis praecedebat eos. item illic in Prouerbiis eiusdem: dominus condidit me initio uiarum suarum, in principio, in opera sua, antequam terram faceret et antequam abyssos constitueret, et

2—5 Ioh. 1, 1—3 7 Eccli. 24, 3—4 11—12 cf. Exod. 13, 21.
I Cor. 10, 1—4 13 Prou. 8, 22—30

Auctores: 2—12, 14 cf. Cypr. Test. II, 3. 1. [Phoeb.] Tract. d. f. c. 2 p. 35 D *De hoc*—p. 37 A *in quo omnia*. c. 6 p. 42 CD

1 noluerunt *BV* (cf. pag. 27, 5), noluerunt *RC* si uelis *RC*, si uel-
les *B*, om. *V* iohannem nostrum *BR* (cf. 44, 2), iohannem *C*, pro-
phetam nostrum iohannem *V* 2 audire *RC*, om. *V*, audire et *B* a
phético *inc. cod. R fol. 103*¹ 3 aput *R* et uerbum e. a. d. *post*
et deus e. u. *ponit V* 4 aput *R* 5 illum *B*, ipsum *RCV* facta
sunt] factum est *V* illo (*ex illum*) *B*, ipso *RCV* rursus] rursus *C*
6 filius] om. *C* reddit] reddet *R* 7 apud *BC*, aput *R*, per *V* 8 pro-
diui] exiui *C* 9 celis *R* a ficiens *inc. cod. R fol. 100*¹ 10 altis
B, altissimis *RCV* habitauit *BV*, habitabi *R*, inhabitauit *C* thronus *R*
11 uides—12 nubis om. *R* Simon *scripsi*, symon *BC*, om. *V* aegypto
BV, terra aegypti *C* 12 praecedebat (*praecidebat B*¹)] praecedens
R 13 illic *RV*, om. *C*, illis *B*, cf. 29, 14. 33, 9 prouerbiis]
prouerbia *R* eiusdem *BV*, om. *C*. e. dicit *R* dominus—14 sua
scripsi, dom. cond. me initio uerborum suorum in princ. in op. sua *B*,
deus initio uiarum suarum condidit me in principio imperii sui *R*, dom.
cond. me principio uiar. suar. in op. sua *C*, dom. cond. me in initio uiar.
suar. in princ. in op. sua *V* 14 antequam—constitueret *B*, ant. abyssos
const. *R*, ant. terr. fac. (et—const. om.) *CV*

ante omnes colles genuit me. cum pararet caelos, aderam cum illo, et cum secerneret sedem suam, quando fortia faciebat fundamenta terrae, eram simul cum illo disponens. ego eram, cui adgaudebat, cottidie autem laetabar in faciem eius, cum laetaretur orbe 5 perfecto.

Simon Iudaeus dixit: Potest hoc pro sapientia dixisse.

Theophilus Christianus dixit: Erras, Iudae, et uelamine ignorantiae sensus tuus contectus est. non inmerito sanctissimus Moyses uelaminis tegmine faciem uelabat, quod uelamen corda 10 uestra contextit. accede proinde ad dominum et crede Christum deum et dei filium, et auferetur de sensibus tuis tegmen ignorantiae. sapientiae dictum existimas; ignoras, quoniam Christus est ipse dei uirtus et dei sapientia. adeo reges uestri, qui per successionem regnabant, non poterant sapientiam et 15 uirtutem accipere, nisi per uocabulum nominis Christi diceren-

8—13 cf. II Cor. 3, 13—18. Esai. 6, 9—10 9—11 cf. Exod. 34, 33—35 13—14 cf. I Cor. 1, 24

Auctores: 14—13, 9 cf. Tert. Adu. Iud. c. 8, c. 11 p. 732 *Itaque quoniam*—p. 733 *exinde cessare*, c. 13 p. 734 *Si autem iam*—p. 735 *processurus*

1 ante] antequam *B* pararet *BC*, separaret *R*, patraret *V* caelos (caelo *B*) aderam cum illo et *BV*, c. adheram (!) ei et *C*, caelum a terra ego aderam simul cum illo disponens et *R* 2 secerneret] discerneret *R* 3 eram—disponens *BV*, hoc loco om. *R* sed cf. lin. 1 et 4, e. s. c. i. componens omnia *C* 4 ego—cui] eg. er. cum illo disponens ego eram cui *R* 5 laetabar] adlaetabar (*sic*) *B* in] ante *R* orbe *RC*, be *B*¹, orbe *ex* urbe *B*², orbi *V* 7 potest—dixisse *CV*, pot. h. p. sap. dictū esse (ctū ess *in ras.*) *B*, pro sapientia sua (*a sua inc. cod. R fol. 103*²) dixisse hoc arbitror *R* 8 et *B*, et ut *R*, et ueluti *CV* uelamine *B*, uelamen tegumenti *R*, uelamē *C*, uelamen *V* 11 et—deum] om. *V* 12 et dei *RCV*, dei *B* et auferetur] ut aperiat *R* tegmen] tegumentum *R* 13 sapientiae] sapientium *R* existimas ignoras *BC*, existimans ignoras *R*, existimas ignorans *V* 14 est ipse *B*, ipse est *RCV* uirtus] filius *R* ab i (*in alt. dei*) *inc. cod. R fol. 105*² adeo *B*¹*RCV*, ut *addit B*² 15 successionem] successione *R* 16 dicerentur *B*, om. *CV*, diceretur *R*

tur. huius rei auctorem Danihelum dabo dicentem: signabitur
uisus et propheta, orietur iustitia sempiterna, et
unguetur sanctus sanctorum. et scies et intelleges ab
5 exitu sermonis in respondendo et aedificando Hie-
rusalem usque ad Christum regnantem. a deo ueni-
ente Christo Christorum et domino dominorum et rege
regum uestrorum unctio Samariae defecit et cornu illud,
de quo reges uestri unguebantur. et omnes prophetae
siluerunt, quia de quo loquebantur uenit, sicut Esaias ait:
10 ego sum, qui loquebar, et ueni, ut euangelizem. proinde,
ut diximus, ipse est Christus Christorum et dominus domi-
norum. auctorem Esaiam dabo dicentem: dicit dominus
Christo meo domino, cuius tenui dexteram, ut exau-

1 Dan. 9, 24—25 6 *domino—regum*] cf. I Tim. 6, 15. Apoc. 17, 14.
19, 16 7 *unctio . . . defecit*] cf. Dan. 9, 26 10 Esai. 52, 6 12 Esai.
45, 1—3

Auctores: 6 *domino—regum*] cf. Tract. Orig. XIII p. 148, 15
11 *ut diximus*] cf. A. 13, 6 12—14, 10 cf. Tert. Adu. Iud. c. 7

1 auctorem Danihelum] d. a. *C* 2 propheta *BC*, prophetia *RV*
iustitia sempiterna] iustitiae sempiternae *B* 3 unguetur *B*, ungetur *CV*,
unguebitur *R* et scies et intelleges (intelliges *V*) *CV*, et esaias dicit:
et intellegit *B*. et esaias dicit. intellegitis *R* 4 in respondendo (dō
R) *RV*, et i. r. *C*, in respondendum *B* aedificando *scripsi*, aedificans
BR, aedificabo *CV* 5 regnantem—christo *B*, *om. CV*, r. a. d. ueni-
entem christum *R* 6 Christorum] . . . ronum *R*, cf. *lin. 11* et do-
mino dominorum *scripsi*, et dominum dominorum *R*, *om. BCV*, cf.
lin. 11 rege *scripsi*, regem *codd.* 7 defecit (cit in *R* fortasse a
manu secunda) *RB*², deficiet *B*¹*CV* et (et *om. B*¹) cornu illud de quo
B, et c. i. unde *C*, et (et *abscisum esse uid.*) c. illius unde *R*, c. illud
deinde *V* 8 ab estri *inc. cod. R fol. 98*¹ unguebantur *BR*, unge-
bantur *CV* et—loquebantur] *om. R* 9 ait] dicit *R* 10 et]
om. R euangelizem *B*, euangelicarem *C*, euangelizarem uobis *V*,
baptizer *R* 11 ipse est *BV*, ipse *C*, ego sum *R* et] *om. V* 12 auc-
torem—dicentem] et esaias dicit *R* dicit *BR*, haec d. *C*, sic d. *V*
dominus—domino] dominus domino meo *R* 13 cuius *BR*, cui *CV*
tenui] tenuit *V* ut—gentes] *BV*, ut subiciam ante eum g. *C*, et
exaudiat eum unguentum *R*

diant eum gentes: fortitudinem regum dirumpam, aperiam ante eum portas aereas, et ciuitates non claudentur, et portas aereas aperiam et uectes ferreos confringam et dabo tibi thesauros occultos. cui ergo tenuit dexteram pater nisi Christo filio suo, quem et omnes 5 gentes exaudierunt, sicut in psalmo dicit: semper tu mecum, tenuisti manum dexteram meam? aut quae ciuitas illi clausa est? et cui omnes portae aerae patent hoc est praecordia singulorum fide Christi reserata, qui doctrina sua corda et praecordia singulorum reserauit? aut numquid et de natiuitate eius 10 audebis disputare, cum idem propheta dicat: factum est uerbum domini ad Achaz dicens: pete tibi signum a domino deo tuo in profundum aut in excelsum. et dicit Achaz: non petam neque temptabo dominum. et ait: audite nunc domus Dauid: non pusillum uobis certamen erit 15

6 Ps. 72, 23 11 Esai. 7, 10—14

1 fortitudinem] fortitudines *R* regum—3 claudentur *om. R* 2 portas aereas *scripsi*, p. hereas *B*, p. *CV* non *BV*, ei non *C* 3 et *pr. B, om. RCV* aperiam] conteram *C* 4 thesauros *R* occultos] absconditos *V* 5 suo] *om. V* quem *BV et Tert. Adu. Iud. c. 7*, cui *RC* et] *om. C* 6 exaudierunt *CV et Tert. Adu. Iud. c. 7*, exaudiunt *B*, obaudiunt *R* semper tu mecum *B*, t. m. s. *V*, t. mihi *R*, ego s. tecum *C* a tu *inc. cod. R fol. 105²* 7 aut—est *pr.*] a. q. illi ciuitates clausae sunt *R* 8 et] *om. C* portae aerae *CV*, porterae *R*, portae apertae aerae *B* hoc est praecordia singulorum fide christi (christi fide *R*) reserata, qui doctrina sua corda et praecordia (et praec. *om. R*) singulorum reserauit *BR, om. V*, h. e. p. s. reserauit *C* 11 audebis *BR*, audebit *CV* idem] isdem *V* dicat] *om. V* factum est *BC*, et factum est *R*, factum *V* 12 domini ad] domini inquit ad *V* achaz *CV*, ahaz *R*, achab *B* domino] domino nostro *B* 13 deo tuo] *om. C* profundum] prof. inferni *V* aut *BC*, uel *R*, siue *V* excelsum *BC*, excelso *R*, excelsum supra *V* dicit *B*, dixit *RCV* achaz *CV*, ahaz *R*, achab *B* 14 neque] et non *V* temptabo *BRC*, tentabo *V* dominum] dominum meum *R* ait] dixit *R* 15 nunc *BV, om. C et ut uidetur R* pusillum uobis] uobis pusillum *C* a men *inc. cod. R fol. 98²* certamen—15, 2 quoniam *scripsi*, certamen erit cum hominibus et ideo uos praestabitis certamen cum hominibus (cum hominibus *alt. om. B*) quoniam *BV*, certamen erit cum hominibus quoniam *C*, certamen quoniam *R*

cum hominibus, et ideo uos praestabitis certamen cum deo? quoniam dominus dabit uobis signum: ecce uirgo in utero concipiet et pariet filium, et uocabitis nomen eius Emmanuhel, quod interpretatur
 5 Nobiscum deus.

Simon Iudaeus dixit: Ego prophetis credo, praeterea Esaiam receptissimum accipio. sed de alia uirgine eum dixisse arbitrator. cum enim Salmanassar rex Assyriorum ducem suum misisset ad Hierusalem exprobrare deum uiuum, tunc Esaias
 10 prophetauit aduersus Salmanassar regem dicens: spreuit te et subsannauit te uirgo filia Sion, caput suum mouit aduersus te filia Hierusalem. quando angelus de castris Assyriorum centum octoginta milia percussit, in hoc fuit nobiscum deus.

15 *Theophilus Christianus dixit:* Erras, Iudaeæ, necdum remoues incredulitatem. si ergo filiam Sion uirginem dicis, quem filium peperit? uel quis butyrum et mel manducauit? aut quis infans fuit, qui, priusquam cognosceret patrem uel matrem,

8—10 cf. Esai. 37, 4. 17. IV Reg. 19, 4. 16 10 Esai. 37, 22. IV Reg. 19, 21 12—13 cf. Esai. 37, 36

Auctores: 12—13 cf. Tert. Adu. Marc. V, 9 p. 300 (A. 44, 5. 45, 7—9. 45, 14—46, 12) 15—18, 14 cf. Tert. Adu. Iud. c. 9 (18, 10—14 cf. c. 9 p. 721 *sed et uirginem—creditur*)

2 dominus *BR*, dominus deus *CV* 3 ecce] et ecce *C* in utero] *om.* *V* 4 uocabitis *BR*, uocabitur *CV* interpraetatur *R* 6 Esaiam] esaiam prophetam *R* 7 de alia uirgine *B*, aliam uirginem *RCV* eum *B* et fortasse *R*, *om.* *CV* 8 ipse scriptor loco Sanherib regis per errorem Salmanassar nomen posuisse uidetur Assyriorum] *om.* *R* ducem suum misisset] m. d. s. *R* 9 exprobrare *CV*, praedicare *B*, inpetrare *R* deum] dominum *R* 10 dicens] *om.*, *ni fallor*, *R* spreuit *CV* et ut uidetur *R*, expreauit *B* a preuit *inc. cod. R fol. 110²* 11 uirgo] *om.* *R* mouit *BR*, mouet *V*, mouebit *C* 12 aduersus *BC*, aduersum *RV* quando *B*, q. et *RCV* 13 octoginta *BV*, o. quinque *RC* in] *om.* *C* 15 iudeae *R* necdum] nondum *V* 16 incredulitatem] i. tuam *R* sion uirginem (*ex uirgine*) dicis *B*, s. dixisti u. d. *R*, s. u. dixit *C*, ierusalem d. *V* 17 uel] *om.* *C* butyrum] buturum *R* 18 uel *B*, aut *RCV*

spolia Samariae detraxit? aut quem filium de semine Dauid habuit? Esaias enim dicit: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium, et uocabitur nomen eius Emmanuel. butyrum et mel manducabit; et, priusquam cognoscat puer uocare patrem uel matrem, accipiet uirtutem 5 Damasci et spolia Samariae contra regem Assyriorum.

Simon Iudaeus dixit: Enarra ergo mihi ista qui se habeant, ut credere possim, quid mel aut butyrum intellegitur, aut quae spolia Samariae Christus acceperit.

Theophilus Christianus dixit: Si remoueas incredulitatem, 10 audies ueritatem, ne forte in te inpleatur illud, quod in psalmo scriptum est: sicut aspidis surdae et obturantis aures suas, quae non exaudiet uoces incantantium. audenter etiam Esaias aduersus incredulitatem uestram clamat dicens: erint uobis uerba libri huius sicut uerba libri signati, quem 15 si dederis homini scienti litteras ad legendum, dicit: non possum legere, signatum est enim. aut si detur

2 Esai. 7, 14—15. 8, 4 12 Ps. 57, 5 14 Esai. 29, 11—12

1 spolia] spoliā *R* a mine *inc. cod. R fol. 109¹* 2 habuit] aluit *V* dicit] dixit *V* accipiet] accipiet (= concipiet; ante c prius una littera erasa est) *B* 4 butyrum] buturum *ut uid. R* manducabit] comedet *V* et *alt. B, om. RCV* 5 puer] *om. V* uel] aut *C* accipiet] a. iterum *R* 6 et spolia Samariae] *om. R* contra] habuit contra *B* regem] reges *R* 7 ergo mihi] mihi igitur *V* ista—habeant *Engelbrecht*, i. quid s. h. *BV*, ista *solum R*, quid ista s. h. *C* 8 aut *pr.*] uel *R* butyrum] buturum *R* 9 acceperit] accepit *R* 10 theophilus *R* remoueas] remoues *R* a dulitatem *inc. cod. R fol. 110¹* 11 in te inpleatur *R*, in te impleatur *B*, impleatur *C*, impleatur in te *V* in psalmo *BR, om. V*, in psalmis *C* 12 scribturn *R* aspidis *RCB²*, aspides *B¹V* et (obturbantes *BCV*)—suas *BCV, om. R* 13 exaudiet *B¹*, exaudier (*supra r linea erasa*) *B²*, audit *R*, audiunt *CV* uoces *B*, uocem *CV et ut uid. R* incantantium *BV*, incantantis *RC* etiam *B*, enim *RCV* 14 erint *B¹*, erunt *B²RV*, et erunt *C* 15 huius—libri *om. C* sicut *BV, om. R* uerba *alt. BR, om. V* quem si] quasi *R* 16 homini—17, 1 iste *om. R* dicit *B¹V*, dicet *B²*, dicat *C* 17 detur liber iste *B*, dederis librum istum *C*, dederis *V*

liber iste homini non scienti litteras, et dicas: lege,
 et dicit: non didici. primum quidem Christus secundum
 natiuitatem infantium omnium butyrum et mel manducauit;
 hoc credimus et sic fidem nostram custodimus, et quia die
 5 octauo circumcisisus est. butyrum autem unctio spiritus intelle-
 gitur; mel autem dulcedo est doctrinae eius, quam nos adse-
 quimur et sic fidem consequimur. spolia autem Samariae hoc
 genere detraxit, quod, cum infans esset, munera a magis
 accepit, aurum, thus et murram, et postea, adultus cum doceret
 10 et omnem ueritatem dei demonstraret, relictis idolis Samaria et
 Damascus bene crediderunt, relinquentes Assyrium id est
 diabolium.

Simon Iudaeus dixit: Bene quidem per omnia interroga-
 tionibus meis patefacis mysteria sed quia Christum deum, dei
 15 filium, ore dei prolatum, uerbo genitum et ex uirgine natum
 probasti, quomodo ergo ex semine Dauid in Bethleem ciuitate
 natum esse adseueras?

4—5 cf. Luc. 2, 21 8—9 cf. Matth. 2, 11

Auctores: 5 *butyrum—intellegitur*] cf. Tract. Orig. II p. 20, 4
 6 *mel—eius*] cf. Tract. Orig. XI p. 127, 10 XIII p. 151, 5—15. 18—20
 14—15 cf. A. 3, 6—7. 8, 10—11 15 *ex uirgine*—18, 14 *ederet* (cf.
 17, 2—7)] Simon partes Iouiniani, Theophilus partes Ambrosii agunt
 (cf. Haller, Iouinianus 1897 p. 75—76. 154—156 [v. Gebhardt und Har-
 nack, Texte und Untersuchungen. XVII, 2]).

1 homini] *om. V* non scienti *BV*, nescienti *RC* 2 et *BR*, *om. CV*
 dicit *B*¹. dicit *B*²*V*, dicat *R*, respondit *C* quidem *B*, quia *RCV*
 3 omnium] *om. ut uidetur R* buturum *R* 4 fidem] uitam *V* die octauo
B, die octaba *RC*, octauo die *V* 5 buturum *R* autem] *om. R*
*a tellegitur inc. cod. R fol. 109*² 6 est *BC*, *om. RV* 7 et sic fidem
 consequimur *B*, et s. f. custodimus *R*, *om. CV* 9 murram *R*, myrram
BV, myrra *C* et postea] postea autem *R* 10 dei *B*, *om. RCV*
 samaria et damascus *BV*, samariae et damasci *R*, samariae et damas-
 cus *C* 11 Assyrium] regem *praeponeit B*² id] hoc *C* 13 interro-
 gationibus meis *BR*, *om. CV* 14 *a teria inc. cod. R fol. 101*²
 sed *Engelbrecht*, et *codd.* deum] *om. V* dei *BRC*, et dei *V* 15 ore
 dei prolatum *cf. pag. 8, 10—11 om. R* et (et *om. R*) ex—natum]
om. C 16 ex semine] ex emine *R* in bethleem ciuitate (*ex ciuitatem*)
 natum esse *B*, i. b. ciuitatem n. *CV*, n. i. be(thlem *abscisum esse uid.*,
cf. 19, 14. 15) ciuitatem R

Theophilus Christianus dixit: Auctorem Esaiam dabo dicentem: exiet uirga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet, et requiescet super eum spiritus dei. uirga enim Maria uirgo fuit, quae ex semine Dauid processit, ex qua Christus flos patriarcharum secundum carnem nascitur. 5 deus enim, qui in Numeris signum fecit, ut asina loqueretur, multo maiorem signum facere uoluit, ut Christus ex uirgine nasceretur. aut quid mihi et tibi esset certamen, nisi uirgo pareret?

Simon Iudaeus dixit: Credo uirginem, ut dicis, de spiritu 10 concipere. agitur, si uirgo potuit parere.

Theophilus Christianus dixit: Incredule, saxum deus rumpere potuit et aquam in satietatem producere; quanto magis deus iubere potuit, ut uirgo partum ederet! et adhuc tibi adduco alium testimonium, si tamen credas, Baruch Neriae filium, qui 15 in Babylonia prophetauit.

1 Esai. 11, 1—2 6 cf. Num. 22, 28 12 cf. Exod. 17 15—
19, 6 cf. Hier. 43. 28, 59—64 et Lib. Baruch

1 dicentem] *om. V* 2 de—Iesse] *om. R* de radice *alt.] om. R*
3 requiescet *B²V et fortasse R*, requiescit *B¹C* dei] domini *V*
4 enim] ergo *R* maria uirgo *BV*, uirgo maria *RC* quae] quia *R*
ex semine] ex emine *R* 5 flos *BV*, flos fuit *R*, de semine *C* patri-
archarum *R* 7 multo maiorem *RC*, multum maius (u ex o, s in ras. et
post s duae litterae ablutae B²; B¹ ut uid. scripsit aut scripturus
erat maiorem) BV ab ine *inc. cod. R fol. 102¹* 8 tibi] ubi *B*
certamen] *om. R* nisi] n. ut *V* 9 pareret *BR*, peperisset *CV*
10 iudeus. . . . *R* dicis *BR*, d. potuisse *CV* de spiritu (de *om.*
B)] d. sp. sancto *R* 11 concipere] concepisit *ex* concipere *B* agi-
tur—parere] *om. B* 12 incredule] i. iudae (*cf. 21, 11*) *R* saxum—
potuit *B*, si sax. d. rumpere p. *R*, sax. d. potuit rumpere *V*, sax. dis-
rumpere p. *C* 13 et aquam] ut aqua *C* satietatem *R*, satietate *C*,
societatem *B¹*, sacietatem *B²*, sitientem *V* producere *BV*, produceret
C, deducere *R* 14 uirgo] uirgo adhuc (*ex* adhuc) *B* et adhuc tibi
adduco alium testimonium *scripsi*, et adhuc tibi aliud (*ex* alium) ponam
(ponam *scripsit B²*) test. *B*, adduco athuc . . . m test. *R*, adhuc tibi
adduco aliud test. *C*, adhuc tibi dico aliud test. *V* 15 Neriae *Engel-*
brecht, nerei *B*, neri *CV et ut uidetur R* filium *RCV*, filio (*ex* filiū)
B 16 babilonia *R* prophetabit *R*

Simon Iudaeus dixit: Ergo me tam infidelem existimas, ut Baruch discipulum Hieremiae non recipiam, qui ab Hieremia totiens missus populum adlocutus est, qui et prophetiam suam Baruch conscribere iussit? et quia sciebat illum Hieremias
 5 prophetaturum, adeo post Hieremiam populo praefuit in captiuitate et prophetauit, sed de Christo nihil meminit.

Theophilus Christianus dixit: Quomodo ergo prope finem libri sui de natiuitate eius et de habitu uestis et de passione eius et de resurrectione eius prophetauit dicens: hic unctus
 10 meus, electus meus, uuluae intaminatae iaculatus natus et passus dicitur? quoniam et tunicam illius desuper contextam et omnia haec, Simon, si credideris ita, cum ueneris in plenitudinem euangeliorum nostrorum, inpleta cognosces. quod autem in Bethleem natus est. audi Michaeam
 15 prophetam dei dicentem: et tu Bethleem Iuda, domus illius

9—12 Apocryphum Baruch ignotum 11 *tunicam—contextam*] cf. Ioh. 19, 23 15 Mich. 5, 2

Auctores: 14—20, 4 cf. Cypr Test. II, 12

1 tam infidelen] infidelem iam *V* ab existimas *inc. cod. R fol. 101¹*
 3 totiens—est *scripsi*, t. m. (ad *addit B¹*) p. allocutus (adlocutus *B¹*) e. *BC*,
 toties m. p. alloquutus e. *V*, missus est et totiens populo adlocutus est *R*
 qui—iussit *BV*, et quia prophetia sua a baruch desc. . . . iussit *R*, qu.
 et prophetiae baruch conscribi iussit *C* 4 sciebat] seiubat *B* illum
 hieremias *BR*, h. i. *CV* 5 prophetaturum—captiuitate (captiui-
 tatem *R*) *BR*, populum praefuisse in captiuitate *C*, populum effusum
 in captiuitatem *V* 6 et prophetauit *BV*, *om. R*, pr. *C* sed—memi-
 nit] sed edisse eum . . . memini *R* 7 prope finem] probes in *B* 8 pas-
 sione (*ex* passionem) eius *B*, passione *RCV* 9 de resurrectione (resur-
 rectionē *B¹*) *BC*, resurrectione *RV* prophetauit *R* 10 electus meus
BV, electus *R*, dilectus m. *C* bulbae *R* intaminatae] incontami-
 natae *V* a tae *inc. cod. R fol. 102²* 11 quoniam et] et quoniam *V*
 tunicam—contextam et (ut *pro* et *V*) *BV*, tunica i. d. contexta per totum
 et *C*, tunica i. d. contexta est *R* 12 omnia haec *B*, h. o. *RCV*
 credideris *R*. ita *BC*, ut *uidetur om. R*, aut *V* 13 in] ad *R*
 plenitudinem *BR*, plenitudine *CV* 14 cognosces] cognoscas *C* beth-
 leem *R* natus—dicentem] dicit *R* michaeam *BV*, micheam *C*
 15 dei *B*, *om. CV* bethleem *R* iuda *BR*, *om. V*. terra iuda *C*
 illius] *om. C*

Efratha, non eris exigua, ut constitueris in milibus Iuda. ex te enim mihi prodiet, ut sit princeps in Israel, et possessio eius a principio et diebus saeculi.

II, 3 *Simon Iudaeus dixit*: Multa quidem legimus, sed non ita intellegimus. proinde ita uolo per singula, quae te interrogo, cognoscere conprobata testimonia ueritatis. praeterea quia deus circumcisionem celebrari praecepit, quam primum patriarchae Abrahae tradidit, quam circumcisionem Christum habuisse superius professus es, quomodo ergo mihi credere persuades, qui circumcisionem prohibes?

Theophilus Christianus dixit: Circumcidere carnem prohibemus, circumcisos autem credere libenter habemus. Abraham enim, credimus, priusquam circumcideretur, amicus dei effectus est per fidem et iustitiam adeptus est per fidem, non per circumcisionem. sic enim dicit: quia patrem multarum gentium posui te ante dominum, cui credidisti. proinde dicit: credidit Abraham deo, et deputatum est ei ad iustitiam. hoc

7—9 cf. Gen. 17, 10 14 cf. Iac. 2, 23 16 Gen. 17, 5 17 Gen. 15, 6

Auctores: 5—25, 3 cf. Tert. Adu. Iud. c. 1—3. 5—6 Tract. Orig. IV 10 *superius*] cf. A. 17, 4

1 efratha *B²C* (cf. efreth 23, 1. 53, 5), efratha ut uid. *B¹*, eufrata *R*, euffrata *V* non eris exigua *B*, ex. n. e. *V*, n. e. minima *RC* ut—
Iuda] in principibus i. *C* 2 mihi *BV*, om. *C* et ut uidetur *R* ut
—israel *BV*, princeps qui regat populum . . . isrl *R*, rex israel *C*
3 et alt. *BR*, om. *CV* diebus] a d. *V* 4 seculi *R* 5 a mus
inc. cod. R fol. 104² ita] om. *C* 6 ita *BR*, om. *CV* per]
om. R te] om. *V* 7 cognoscere] sci. . . *R* conprobata] pro-
lata *C* testimonia *BC*, testimonio *RV* deus circumcisionem] c. d. *R*
8 celebrari *BR*, om. *V*, celebrare *C* 9 Abrahae] om. *V* 10 persua-
des *B*, suades *RCV* 13 circumcisos] circumcisionem *R* 14 credimus
B, om. *RC*, qui *V* a priusquam *inc. cod. R fol. 99¹* circumcide-
retur] circumcisos esset *V* 15 per fidem *pr. BR*, om. *CV* et—fidem]
om. R 16 quia] om. *V* 17 posui] constitui *V* dominum *BR*,
deum *CV* cui] quia *V* dicit] sic d. *R* 18 deputatum *B*, repu-
tatum *RCV* ei] . . li *R*

enim, priusquam circumcideretur, audiuit et postea circum-
 cisionem accepit, ostendens duos populos ad fidem Christi
 uenturos, unum ex circumcisione et unum ex praeputio. nam
 si Christus circumcisis non fuisset, quomodo mihi hodie
 5 crederes aut prophetis, quod ex semine Dauid ueniret? circum-
 cisio enim signum est generis, non salutis.

Simon Iudaeus dixit: Ergo quomodo, filius Moysi cum esset
 in praeputio, angelus suffocabat, nisi Seffora, mater eius,
 accepto calculo circumcidisset puerum, et, cum sanguis inmi-
 10 neret, orabat dicens: stet sanguis circumcisionis pueri?

Theophilus Christianus dixit: Contra te loqueris, Iudae.
 nam et superius tibi ostendi, quomodo Moyses typum Christi
 fuit et omnia, quaecumque fecit, in imaginem Christi prae-
 currebat. nam Seffora mulier, quae puerum circumcidit, synagoga
 15 intellegitur. quod autem dicit: stet sanguis circum-
 cisionis pueri, hoc est, quod adueniente Christo restitit
 circumcisio puerorum. adeo deus ad Moysen sic ait: aedifica
 mihi altarem de lapidibus non circumcisis et ferrum

8—10 cf. Exod. 4, 24—25 10 Exod. 4, 25 17 Deut. 27, 5 cf.
 Exod. 20, 25

Auctores: 12 *superius*] cf. A. 5, 19—6, 6 (33, 14—34, 12)

3 et unum *BV*, et alium *C*, alterum *R* preputio *R* nam] uen-
 turum nam *B* a nam *inc. cod. R fol. 104*¹ 4 hodie] *om. R* 5 quod]
 a... modo *R* ex semine] *exemine R* Dauid] *om. C* ueniret]
 uenerit *C* 6 enim] *autem R* 7 filius] *filium V* 8 preputio *R*
 suffocabat] *suffocauit R* nisi *BV*, eum. n. *C*, eum et n. *R* mater
 eius] *om. C* 9 puerum *BR*, *om. CV* 10 orabat *B*, orauit *RCV* stet]
 domine stet *R* 11 iudae *R* 12 nam] *om. V* ostendi] *om. V* a
 di *inc. cod. R fol. 99*² quomodo *B*, quod *RCV* christi fuit *BR*, f.
 chr. *CV* 13 et] *om. V* quaecumque *R* imaginem *B¹RC*, imagine
B²V praecurrebat *BCV*, praecurrebant *R* 14 synagoga *R* 15 dicit
BRC, dicitur *V* 16 hoc est—17 puerorum *om. V* restitit—puero-
 rum *B*, stetit sanguis circumcisionis puerorum *R*, restituit circumcisis
 (u *alt. corr. prima manus*, s *alt. add. alia man.*) puer *C* 17 ad] in *V*
 ait *B*, loquitur *R*, dicit *CV* 18 altarem *B¹RC*, altare *B²V* circum-
 cisis] praecisis *R* et] sed et *B* fferum *R*

non inicies in eis, quod scilicet adueniens Christus ecclesiam aedificaturus erat de populo incircumciso.

Simon Iudaeus dixit: Proba mihi Christum neminem circumcidisse.

Theophilus Christianus dixit: Crede, et ipse tibi probabis, cum coeperis plenitudinem euangeliorum reuoluere. ibi inuenies Matthaeum apostolum publicanorum et Zacchaeum principem publicanorum et multos inuenies incircumcisos, qui cum Iudaeis crediderunt. nam sicut sacrificia et hostiae taurorum et hircorum et arietum et agnorum iussa inmolabantur et prohibita sublata sunt, et populus minor id est noster maiori populo praelatus, et testamentum nouum ueteri praepositum, ita et circumcisionem iam non carnis sed cordis celebrari deus praecepit. dicit enim deus ad Rebeccam in Genesi: duae gentes in utero tuo sunt, et duo populi de uentre tuo diidentur, et populus populum superabit. et maior seruiet minori et in Deuteronomio dicit: eritis, gentes, in caput, incredulus autem populus in caudam.

3—9 cf. Matth. 9, 9. Luc. 19, 2 14 Gen. 25, 23 17 Deut. 28, 44

Auctores: 3—9 cf. Tert. De pud. c. 9 p. 236, 11—17. Adu. Marc. IV, 11. 37 11. 14 cf. Cypr. Test. I, 19 17—23, 3 cf. Cypr. Test. I, 21

1 inicies] inities *V* in] *om.* *C* aeclesiam *R* 2 a rus *inc. cod. R fol. 111*² 7 mattheum *R* publicanorum *BR*, publicanum *CV* et zacchaeum—publicanorum *V*, *om.* *R*, et zaccheum pr. publ. *B*, et zacheum pr. publicanorum *C* 8 inuenies incircumcisos] incirc. inuen. *R* 9 sicut] si saeculi *V* et pr.] *om.* *V* hostiae *V*, hostias *B*, ostias *R*, hostia *C* et hircorum] *om.* *V* 10 et agnorum] agnorum *C* iussa] iniussa *ut uid.* *R* 11 populus—praelatus. (populo *om.* *V*) *ego et V*, populum minorem id est nostrum (nostrum *om.* *C*) maiori populo (populo *om.* *C*) praelatum *BRC* 12 a teri *inc. cod. R fol. 108*¹ 13 iam non] tam *R* sed] quam *R* celebrari deus *C*, deus celebrari *R*. celebrare deus *B*, celebrare *V*, cf. 20, 8 14 enim] *om.* *V* deus ad Rebeccam] ad rebeccam deus *C* 15 uentre] utero *R* 16 diidentur] proced... *R* superauit *R* 17 deuteronomio *R* eritis—caput *RV*, erunt (*ex eritis*) *g. i. c. B.* erit *i. c. C* 18 populus] *om.* *R* caudam *R*, cauda *BCV*

et Iacob benedicens Efrem et Manassen, inmutans manum,
 dexteram minori superponens, inmutationem creaturae demon-
 strabat. pro testamento autem nouo sic dicit Esaias: ecce
 facio noua, quae nunc oriuntur, et ponam in deserto
 5 flumina, hoc est in ecclesia euangelia. et Hieremias dicit:
 ecce dies ueniunt, dicit dominus. et consummabo
 domui Israel et domui Iuda testamentum nouum, non
 tale testamentum, quod disposui patribus uestris in
 die, qua eduxi eos de terra Aegypti. audi nunc de circum-
 10 cisione! lator legis Moyses dicit: in nouissimis diebus
 circumcidet deus cor tuum et cor seminis tui ad domi-
 num deum tuum amandum. et Hieremias dicit: uiri Iuda
 et qui inhabitatis Hierusalem, renouate inter uos noui-
 tatem et ne seminaueritis in spinis. circumcidite uos
 15 deo uestro et circumcidite praeputium cordis uestri,
 ne exeat ira mea et exurat, et non sit, qui extinguat.

1—3 cf. Gen. 48, 13—22 3 Esai. 43, 19 6 Hier. 38, 31—32
 10 Deut. 30, 6 12 Hier. 4, 3—4

Auctores: 3. 6. 12 cf. Tert. Adu. Marc. I, 20. IV, 1 4. 24, 1—6
 cf. Tert. Adu. Marc. IV, 13 10—24, 2 cf. Cypr. Test. I, 8

1 manassen *C*, manassenm *R*, manassem *B*, manasse *V* manum]
 manus *V* 2 a minori *inc. cod. R fol. 111*¹ superponens *BV*, et s. *R*,
 superimponens *C* 3 pro *BV*, per *R*, de *C* testamento *B²CV*, testa-
 mentum *B¹R* nouo *B²C*, nouum *B¹R*, nouissimo *V* 4 que *R*
 oriuntur *B¹*, orientur *B²V*, orietur *RC* 5 aeclesia *R* 6 dies ueniunt
B¹V, d. uenient *B²C*, uenient d. *R* et] *om. C* ● 7 domui *pr. R*,
 domus *C*, domum *BV* domui *alt. R*, domus *C*, domum *BV* 8 tale]
 secundum *C* uestris *BV*, eorum *RC* 9 eduxi *CV et ut uid. B¹*,
 aedixi *R*, duxi *B²* nunc *BV*, n. et *RC*, *cf. 30, 5* 10 lator legis *B*,
 legislator *CV*, legislator dicit *R*, *cf. 52, 13* moses *R* dicit *B*,
 dicit *post* legislator *ponit R*, quid dicit *V*, quid dicat *C*, *cf. 29, 11*
 nobissimis *R* 11 a cidet *inc. cod. R fol. 108*² deus] dominus *V*
 tui *BR, om. CV* 12 amandum *BC*, anamandum *R*, ad mandatum *V*
 dicit] ait *V* 13 inhabitatis *B*, habitatis *RCV* inter] *om. V* uos *BR*,
 uobis *V*, nos (uos *ab alt. m.*) *C* . nouitatem] nouale *V* 14 ne *BR*,
 nolite *V*, si *C* seminaueritis in spinis] serere super spinas *V* circum-
 cidite—uestro *RC, om. B*. circumcidimini deo uestro *V* 15 praeputium]
 praeputia *V* 16 mea] *om. V* exurat] e. uos *R* extinguat] e. eam *R*

ad Iesum Naue dixit deus: fac tibi gladios petrinos et nimis acutos et sede secundo et circumcide filios Israel. numquid tunc ferrum non erat? sed deus ad Iesum Christum nostrum loquebatur, quod per apostolum suum spiritaliter corda circumcideret. adeo apostolus noster Simon dictus est et postea Petrus nomen accepit. 5

Simon Iudaeus dixit: Manifestam quidem mihi probationem per scripturas ostendisti. sed circumcisio cordis quae esse potest? aut quod praepitium de corde circumcidendum est?

Theophilus Christianus dixit: Omnis concupiscentia libidinis de corde concipitur. proinde circumcisio noui testamenti talis est, quam deus Christus, filius dei, ostendit, ut circumcidamus nos libidinem, auaritiam, malitiam, cupiditatem, furta, fraudes, fornicationem, et omne, quod tibi non uis fieri, alio ne feceris. haec est circumcisio Christianorum, quam et primi 15

1 Ios. 5, 2 5 cf. Marc. 3, 16 11—14 cf. Matth. 15, 19 14 Act. apost. 15, 29 sec. textum, qui uocatur β

Auctores: 1—6 cf. A. 23, 4 14—25, 1 cf. Euch. Instr. I p. 77, 6—11 14—15 *fornicationem—feceris*] cf. Cypr. Test. III, 119 p. 184, 7—8

1 ad *BR*, et ad *CV* dixit *BC* et ut uid. *R*, dicit *V* deus] dominus *R* gladios] cultellos *C* petrinos *BV*, petrinios *RC* et *B*, om. *R* *RCV* 2 sede—et om. *V* sede *BR*, sedens *C* secundo *BC*, om. *R* et alt *BR*, om. *C* circumcide] c. secundo *V* ab os *inc. cod. R fol. 112*² 3 non erat] deerat *V* deus—loquebatur (nostrum om. *C*) *BC*, athuc . . m (. . m = ihm?) non l. *R*, d. a. dominum nostrum iesum christum l. *V* 4 apostolum suum *BR*, apostolos suos *CV* 5 circumcideret] circumciderit *V* est] om. *V* 7 manifestam—probationem *B*, m. q. m. p. . . i (. . . i = mihi?) *R*, manifesta sunt quae mihi *CV* 8 per scripturas (*non* scribturas, *sed aliis locis* scribtur . . *R*) *BR*, om. *CV* sed] et *V* 9 aut] et *V* 10 concupiscentia libidinis *BR*, concupiscentia et libido *V*, concupiscentiae libido *C* 11 de corde *B*, in corde *R*, corde *CV* concipitur *RCV*, concupiscitur *B* nobi *R* a nti *inc. cod. R fol. 107*¹ 12 deus christus filius dei (dei ex eius *B*) *BR*, d. et chr. f. eius *CV* ut] om. *V* 13 nos *BR*, om. *CV* libidinem—fraudes] a liuidine auaritia malitia cupiditate furtum fraudem *R* 14 fornicationem *BR*, fornicationes *CV* non uis fieri *B*, fieri non uis *RV*, fieri nolueris *C* alio ne *B*¹*RC*, alio non *V*, alii ne *B*² 15 et—sanctorum] primosci *R*

sanctorum habuerunt, scilicet Enoch, Noe, Iob, Melchisedech, qui non carnis sed circumcisionem cordis habuerunt. potuerat autem deus, si uellet, Adam circumcisu[m] formare.

II, 4

Simon Iudaeus dixit: Aestuo uehementer cogitatione potuisse
 5 Christum tam maledictam et ludibriosam sustinere passionem,
 si tamen uera sunt, quae dicitis, a patribus nostris crucis
 patibulo esse suffixum. scimus plane Aman maledictum
 a patribus nostris pro merito suo esse crucifixum, qui
 genus nostrum petierat in perditionem, in cuius morte per-
 10 euoluto anno gratulamur et sollemnia uotorum facta cele-
 bramus, quod a patribus tradita accepimus. et Abessalon, qui
 ad caedem patris parricida fuit, pependisse illum in arbore
 legimus. Christus autem si patibulum mortis huius sustinuit
 et in cruce pependit, cur non hoc ipsum a patribus accepimus

1—2 cf. Hebr. 11, 5—7 7—11 cf. Esther c. 7 et 9 11—13
 cf. II Reg. c. 18

Auctores: 1—3 Cypr. Test. I, 8 4—26, 13 cf. Euch. Instr. I
 p. 80, 19—81, 12 5. 7 cf. Orientius Comm. I, 373. 475

1 noe *V*, om. *C*, . . . *R*, et *B* iob *BR*, iob et *CV* 2 qui] et
 hi qui *C* circumcisionem cordis] cord. circ. *V* potuerat *B¹RCV*,
 poterat *B²* 3 autem] om. *V* si uellet *BR*, om. *CV* ab adam
inc. cod. R fol. 112¹ formare] plasmare *C* 4 aestuo] exaestuo *V*
 uehementer *Engelbrecht*, uehementi *codd.* potuisse—passionem *BC*,
 potius chr. t. maledicta et dilubrio . . . sustinuisse p. *R*, chr. t. maledictam et
 ludibriosam sustinuisse p. *V* 6 nostris] om. *V* 7 patibulo *RC*, patibulum
BV esse] eum esse *V* plane *B*, sane *C*, om. *RV* Aman] tamen *R*
 8 crucifixum *B*, crucis suspensum *C*, suspensum *RV* 9 morte—anno
scripsi, mortem per, e_uolutum annum (*ultima syllabae tum et num ex*
to et no) *B*, mor (*duae aut plures litterae abscisae sunt sed non plures*
quam quinque) euoluto anno *R*, morte peracta reuoluto (anno om. *V*,
additum est a Martenio) *V*, morte euoluto anno *C* 10 et] om. *V*
 facta *BR*, festa *CV* 11 quod *B¹CV*, quae *B²R* patribus] patribus
 nostris *R* tradita *BR*, traditum *CV* a salon *inc. cod. R fol. 107²*
 12 patris *BR*, om. *CV* parricida *BR*, patricida *CV* pependisse] ppen-
 disse (= perpendisse) *B* illum *BR*, om. *CV* arborem *R* 13 legimus] om. *R*
 14 quur *R* patribus *BC*, patribus nostris *RV*

nec passum in scripturis nostris inuenimus, ut, si inimicus genti nostrae esset, gauderemus? erubescere poteris, Theophile, si hoc dictum minime conprobaueris. nam scriptum est in Deuteronomio: maledictus omnis, qui pendet in ligno.

Theophilus Christianus dixit: Primo huius dicti accipe rationem, recale superius Deuteronomii lectionem. de quibus dictum est? sic enim ait Moyses: si quis peccauerit in iudicium mortis, punietur, et suspendetis eum in ligno, et maledictus erit omnis, qui pendet in ligno. sed hoc pro peccatore dixit, qui mortale peccatum admiserit. Christus autem peccatum non habuit, sicut omnes prophetae testantur. sed pati necesse habuit, ut scripturae complerentur. dicit enim

4 Deut. 21, 23 8 Deut. 21, 22—23 12—13 cf. Luc. 24, 25 sq.

Auctores: 3—27, 3 cf. Tert. Adu. Iud. c. 10 p. 727

1 nec] sed *R* scribituris *R* nostris] *om.* *R* ut si *BR*, ut quasi *C*, ut sicut *V* inimicus] inimicum *V* 2 genti nostrae] generis nostri *R* esset *BR*, *om.* *CV* gauderemus] g. affectum *V* 3 si—conprobaueris (comprobaueris *CV*) *BCV*, in hoc ipsud *R* nam—deuteronomio (deutheronomio *B*) *BCV*, n. sic in deutheronomium scribitum est *R* 4 omnis] homo *V* pendet *RVB*², pendit *B*¹*C* 6 primo *BR*, primum *CV* huius] hoc ip̄s || *explicit fol. 107*² || *nonnullae litterae abscisae sunt; a secunda parte litterae u, quam s dicti sequitur, inc. fol. 123*²; fortasse scriptum erat hoc ip̄s [= ipsud cf. pag. 26, 3] huius *R* 7 recale] et recale *R* deuteronomii *CV*, deutheronomii *B*, deutheronomi *R* de—est] *om.* *R*, cf. 41, 7 8 ait] *om.* ut uid. *R* in iudicium mortis *BV*, in iudicio *C*, iudicio mortis *R* 9 punietur *R*, puniatur *C*, puniatur exemplo *V*, puniuntur *B* 10 et—qui] et omnis qui *V* pendet (cf. *lin.* 4) *V*, pen... *R*, pendit *C*, pependerit *B* in ligno] i. l. maledictus erit *V* pro *B*, propter *R*, de *CV* 11 peccatore *CVB*², peccatores *R* et fortasse *B*¹ dixit *BC*, ... it *R*, dicit *V* mortale *BV*, mortalem *RC* admiserit *B*, admiserint *R*, fecit *CV* 12 habuit] fecit *V* sicut—habuit] *om.* *R* 13 scripturae *BC*, scribiturae *R*, scriptura *V* complerentur *B*, completerentur *C*, inplerentur *R*, impleretur *V*

Esaias: quia peccatum non fecit nec dolus inuentus
 est in ore eius, sed dominus tradidit illum pro pec-
 catis nostris. nam et alibi dixisse prophetam ostendimus:
 ecce uerbum domini factum est illis in maledictum,
 5 et noluerunt illud. et iterum dicit: inter maledictos
 deputatus est. audi et Hieremiam in Lamentatione Hieru-
 salem dicentem: Christus dominus comprehensus est in
 interitum eorum, sub cuius umbra uiuimus inter
 gentes. scimus autem sanctissimum Daud plenum annis in
 10 pace requieuisse nec aliquam passionem mortis aut crucis
 sustinuisse. audi ergo in psalmo XXI dicentem Christum:
 effoderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt
 omnia ossa mea. ipsi autem considerauerunt et con-
 spexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea et super
 15 uestimentum meum miserunt sortem. tu autem, domine.

1 Esai. 53, 9. 6 4 Hier. 6, 10 5 Esai. 53, 12 7 Thren. 4, 20
 9—11 cf. III Reg. 2, 10. Act. 2, 29 12 Ps. 21, 17—23

Auctores: 3 *alibi*] cf. A. 10, 15 9—28, 12 cf. Tert. Adu. Iud.
 c. 10 (9—11 cf. c. 10 p. 730 *Quam crucem—passus est*). 11. 13. 12—
 29, 4 cf. Cypr. Test. II, 20

1 quia cf. pag. 20, 16] qui *R* dolus inuentus est] i. e. d. *V*
 2 illum] eum *V* 3 nam et] nam *V* dixisse prophetam *B*, p. d. *RV*,
 propheta d. *C* 4 domini] dei *C* 5 noluerunt] no. . . erunt *R* ab erunt
*inc. cod. R fol. 128*¹ illud] illū *B*, cf. 11, 1 inter (et i. *R*)—est
BR, inter maledicos reputatus e. *V*, et cum iniquis d. e. *C* 6 audi—
 dicentem (hierusalem om. *V*) *BV*, a. e. iam hieremiam in hieremi lamen-
 tationem *R*, a. e. hieremiam i. l. dicentem in hierusalem *C* 7 Christus]
 spiritus uultus nostri christus *V* dominus] deus *C* 8 interitum *BV*,
 interit *sequitur ut uid.* ū *R*, interitu *C* eorum] gentis nostrae *V*
 uiuimus] uiuebamur *R* 9 sanctissimum] om. *C* daguid *ut uid.* *R*
 plenum annis] om. *R* 10 requieuisse *BC*, requieuisse *R*, quieuisse *V*
 passionem mortis] passionis morte *C* aut] au *R* 11 dicentem
 christum] dicente christo *R* 12 effoderunt *B*, foderunt *RCV* a ma-
 nus *inc. cod. R fol. 123*¹ 13 autem *B*, uero *RCV* conspexerunt]
 uiderunt *V* 15 uestimentum meum *B*, uestem meam *RCV* tu—28,
 5 meis om. sed *indicat C uocabulo interposito usque*

ne longe facias auxilium tuum, in defensionem meam aspice, libera de gladio animam meam et de manu canis unicam meam, saluum me fac de ore leonis et a cornibus unicornuorum humilitatem meam! nar-
 rabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae 5
 laudabo te. item apud Esaiam: expandi manus meas ad plebem non credentem sed et contradicentem mihi, qui ambulabant uias non bonas sed post peccata sua. item apud Hieremiam: uenite, mittamus lignum in panem eius et eradicemus a terra uitam eius. item in Deutero- 10
 nomio: et erit uita tua pendens ante oculos tuos, et timebis die ac nocte et non credes uitae tuae. item in psalmo CXVIII: confige clauis a timore tuo carnes meas. item in psalmo CXL: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo et eleuatio manuum mearum 15
 sacrificium uespertinum. item apud Zachariam: et intue-

6 Esai. 65, 2 9 Hier. 11, 19 10 Deut. 28, 66 13 Ps. 118,
 120 14 Ps. 140, 2 16 Zach. 12, 10

1 longe facias *B*, longe feceris *R*, elongaueris *V* in *B*, ad *V*,
 a || *expl. linea* || ad *R* 2 aspice *B*, respice *R*, conspice *V* libera—6 te
 om. *V* sed post conspice scribit et cetera quae tribus sequentibus uersibus
 dicuntur libera—3 meam *B*, om. *R* 3 saluum me fac *B*, salu (*circiter*
tres litterae abscisae sunt; fortasse scriptum erat salua me) *R* de
B, ex *R* 4 unicornuorum *R*, unicornium (ium in *ras.*) *B* narrauo *R*
 5 tuum *B*, tum *R* ecclesiae *R* 6 apud (d ex t) esaiam *B*, aput
 esaiam dicit *R*, per e. *V*, esaias *C* 7 plebem] populum *C* sed—
 mihi om. *C* sed et *B*, et *V*, sed *R* mihi *BR*, om. *V* 8 ambu-
 labant *BC*, ambulant *R*, ambulat *V* uias—sua] in uias prabas et p.
 p. s. *R* 9 ab item *inc. cod. R fol. 128*² apud *BV*, om. *C*, in *R*
 hieremiam *BR*, hieremias *C*, ieremiam *V* panem] pane *C* 10 eradi-
 cemus *B*, eradicamus *R*, eradamus *V*, eramus *C* a *B*, de *RCV* terra]
 terram *R* Deuteronomio] deutheronomium dicit (!) *R* 11 et *pr.*
 om. *R* uita tua pendens *B*, p. u. t. *RCV* 12 ac] et *R* credis
R uite *R* item—14 meas om. *V* 13 confige *BC*, dicit confige *R*
 clavis *R* 14 dirigatur—eleuatio *B*, eleuatio *RCV* 16 a cium *inc.*
*cod. R fol. 122*² apud zachariam *V*, apud zacchariam *B*, aput zacha-
 riam dicit *R*, zacharias *C*, cf. 3, 13 intuebuntur *B*, intuebantur *RCV*

buntur in me, in quem transfixerunt. item in psalmo
 LXXXVII: et exclamaui ad te, domine, tota die extendi
 manus meas ad te. item in Numeris: nunc quasi homo
 deus suspenditur et sicut filius hominis minas patitur.
 5 et in Canticis Canticorum ex persona ecclesiae dicit: frater
 meus candidus et rubeus et lancea conpunctus a militi-
 bus. quod candorem, quid aliud quam fidem populi demonstrabat?
 rubeum autem passionem significat. ad hoc enim uenit in
 primo aduentu suo, ut omnem humilitatem et deformitatem
 10 usque ad mortem crucis ostentaret. audi denique in psalmo
 XXI: ego autem sum uermis et non homo, opprobrium
 hominum et abiectio plebis. omnes, qui conspiciebant
 me, deridebant me, locuti sunt labiis et mouerunt ca-
 put. item illic: exaruit uelut testa uirtus mea, et lingua

2 Ps. 87, 10 3 Num. 23, 19 5 Cant. 5, 10 8—10 cf. Phil.
 2, 8 11 Ps. 21, 7—8 14 Ps. 21, 16

Auctores: 5—10 cf. Tract. Orig. XII p. 136, 16—137, 5. 138,
 3—139, 12. XI p. 126, 10—11 5—7 cf. A. 28, 16—29, 1 10—30,
 1 cf. Cypr. Test. II, 13

1 in *pr. B*, *om. RCV* in *alt. BR*, *om. CV* transfixerunt] trans-
 punxerunt *C* 2 et exclamaui *B*, exclamaui *CV*, dicit et clamaui *R*
 extendi *B*, expandi *RCV* 3 manus meas ad te] a. t. m. m. *V* nunc *B*,
 non *RC*, *om. V* quasi] sicut *R* 4 et *BR*, neque *CV* 5 .. clesiae *R*
 6 rubeus *B*, robeus *R*, rubens *C*, rubicundus *V* et *alt. B*, *om. RCV*
 conpunctus] conpuctus *R* 7 quod candorem (em *ut uid.*, *nunc post*
candor et supra quid aliud *rasura*) *B*¹, candor *B*², .. em candorem acci-
 pimus *R*, in candorem *C*, quae candor *V* quam (u *in ras.*, *ā ut uid.*
non a prima manu B) *BCV*, quam quod *R* populi] domini *R* de-
 monstrabat *BR*, demonstrat *CV* 8 .. ueum *R*, robeum *B*, rubeam *C*,
 rubor *V* autem] enim *V* passionem] p. domini *R* ad hoc] in
 h. *V* enim] *om. B* uenit] *om. V* in] *om. V* 9 a suo *inc.*
*cod. R fol. 129*¹ et deformitatem] *om. R* 10 crucis] *om. V* osten-
 taret *B*, ostenderet *RC*, sustineret *V* denique] enim quod *R* 11 ego
BC, dicit e. *R*, quid dicat e. *V* obprobrium *R* 12 omnes—labiis
om. C sed indicat uocabulo interposito usque qui conspiciebant *B*,
 qui bidebant *R*, uidentes *V* 13 deridebant *B*, deriserunt *V*, inride-
 bant *R* moberunt *R* 14 item illic] *om. ut uid. R* exaruit] aruit *V*
 uelut *BR*, ut *C*, tamquam *V*

mea adhaesit faucibus meis, et in puluerem mortis deduxisti me. item in psalmo LXVIII: placebit domino super uitulum nouellum cornua producentem et ungulas. quid dicis, Iudaeae, numquid Dauid cornutus fuit? age, nunc intellege botrum illum in Numeris, quem de terra 5 repromissionis in palanga duo uectantes reportabant, quod utique figura fuit Christi pendentis in ligno, aduenientis de terra repromissionis id est de Maria, quae ex genere terrigeno fuit. subuectantes autem palangam duorum populorum figuram ostendebat: unum priorem, scilicet uestrum, terga uersum 10 Christo dantem, alium uero posteriorem, botrum respicientem; scilicet noster populus intellegitur.

Simon Iudaeus dixit: Quid de malagranata dicturus es, quae ad Moysen adlata est cum eodem botro?

2 Ps. 68, 32 5—31, 4 cf. Num. 13, 23 sq.

Auctores: 2—12 cf. Tract. Orig. VI p. 62, 13—63, 10. 66, 19—67. 2. 73, 15—24 2—4 cf. Tert. Adu. Iud. c. 10 inprimis p. 728 et p. 730 *quam crucem—passus est* 5—31, 13 cf. Tract. Orig. XI 9 cf. Tract. Orig. V p. 52, 6

1 adhesit *R* ab uere *inc. cod. R fol. 122¹* 2 deduxisti me *B*, deduxisti *V*, deduxerunt me *RC* item *BC*, item ill (i ut uidetur in rasura) . . dicit *R*, item illic *V* in psalmo LXVIII *BR*, *om. V*, i. p. sexagesimo septimo *C* placebit] placebo *V* domino] deo *C* 3 producentem] procudentem *B* ungulas] ungulas. uideant pauperes et le . . . tur (*Ps. 68, 33 a*) *R* 4 iudae *R* fuit] erat *V* 5 nunc *BV*, n. et *RC*, cf. 23, 9 botrum] racemum *V* de terra (*cf. lin. 7*) *B*, in t. *RV*, in terram *C* 6 in palanga *BR*, *om. V*, i. phalanga *C* uectantes *BC*, uectantes *R*, uectentes *V* reportabant] portabant *ut uid. R* 7 aduenientis *R*, adueniente *B*, adueniens *CV* 8 Maria] uirgine maria *R* terrigeno] terreno *V* 9 palangam *BR*, phalangam *C*, phalanguam *V* 10 ostendebat *B¹R*, ostendit *C*, ostendebant *B²V* 11 christo dantem *BV*, christo donante *C*, dantem x . . *R* botrum] racemum *V* 12 scilicet—intellegitur] nostrum populum intellegim . . *R* 13 malagranata *B¹RCV*, malis granatis *B²* 14 adlata (*cf. 31, 13*) *B¹*, allata *B²RCV* est cum *scripsi*, et cum *B¹*, est et cum *C*, es: si cum *R*, sunt cuni *V*, sunt et cum *B²* eodem botro *BC*, eundem botrum *R*, eodem racemo *V*

Theophilus Christianus dixit: Rectissime malagranata botrum secuta est. figura scilicet ecclesiae fuit habens intra se populum rubeo sanguinis Christi censitum.

Simon Iudaeus dixit: Quid de ficulneis dicturus es, uel
5 quibus argumentis tractatibus tuis probabis ficum peccatum non esse, cum, quando protoplastus Adam in transgressione sua folia ficus pudenda contexit, quae fuit prurigo et amaritudo peccati?

Theophilus Christianus dixit: Supra cutem ista intellegis;
10 Iudaeae. nam arbor ficus et tegumenta foliarum ueteris hominis figura intellegitur. nam si uelis spiritalem hominem considerare hoc est interiorem, pomum de ficulneis ad Moysen de terra repromissionis adlatum inuenies spiritalem uitam; sicut Ezechiae regi Iudaeae post augmentum uitae suae potissimum
15 medicinae, massam ficus in sanitatem carnis suae accepisse.

6—7 cf. Gen. 3, 7 10 *ueteris hominis*] cf. Eph. 4, 22. Col. 3, 9

Auctores: 2—3 *figura—censitum*] cf. A. 35, 11—12 *ecclesia—saluabuntur* 5 *tractatibus*] cf. Tract. Orig.

1 botrum] racenum *V* 2 secuta est *C*, s. ē (ē ut uid. *B*¹, sunt [s supra ras.] *B*²) *B*, s. sunt *V*, sub . . . quitur *R*. scilicet ecclesiae *V*, sc. ecclesie *R*, sc. ecclesiae *B*, ecclesiae scilicet *C* intra] in *C* 3 rubeo *Engelbrecht*, rubeum *BC*, robeum qui *R*, rubore *V* sanguinis *BV* et fortasse *R*, sanguine *C* a christi *inc. cod. R fol. 117*² censitum *CV*, censetum *B*, censitus *R* 5 tractatibus (et tr. *B*²)—ficum *BCV*, tractaturus es *R* 6 non] nobis *R* cum] *om. C* transgressione] transgressionem *B* 7 sua *RCV* et ut uid. *B*¹, ruit *B*² pudenda contexit] c. p. *V* quae *R*, quod *BCV* prurigo] origo *C* 8 peccati] peccatis *R* 9 supra—ista (ista *Engelbrecht*, istam *BCV*)] superbae (= superbe) c. . . . *R* 10 iudaeae *R* arbor *BR*, arborem *CV* tegumenta foliarum (cf. 31, 7) *B*, foliarum tegmen *RV*, foliorum tegmen *C* ueteris hominis figura] f. h. u. *R* 11 uelis *RC*, uelles *BV* 12 pomum] pomum quo *C* 13 adlatum *B*¹*R*, allatum *B*²*V*, allatum est *C* spiritalem uitam *B*¹*RC*, spiritaliter *V* 14 ezechiae regi iudaeae *B*, ezechiae regi iuda *R*, ezechiae regis iuda *C*, ezechiae regi iudae *V* ab entum *inc. cod. R fol. 118*¹ potissimum medicinae massam *BC*, potissimam medicinam m. *R*, massa *V* 15 ficus *B*, fici *RCV* accepisse *CV*, . . . pisset *R*, accepisset *B*

suffecerat enim deo dixisse: addidi tibi ad tempus uitae tuae annos XV. adiungit dicens: accipe tibi massam ficus et tere et cataplastum et sanaberis, ut scilicet confracto inpetu libidinis sanitatem recipias. reuertamur nunc ad humilitatem primi aduentus Christi, de qua agebamus. ⁵ audi Esaiam prophetam: deus, quis credidit auditui nostro, et brachium domini cui reuelatum est? adnuntiauimus de eo: sicut puer infans, non est species eius neque honor. et uidimus eum, et non habuit speciem neque decorem: homo in plaga constitutus et sciens ferre infirmitatem. quia auersa est facies eius, deprectatus est nec computatus est. hic peccata nostra portauit et pro nobis in doloribus est. ipse autem, quod male tractatus

1 Esai. 38, 5. IV Reg. 20, 6 2 Esai. 38, 21 (*sec. LXX*) IV Reg. 20, 7 6 Esai. 53, 1—4. 7—9. 6. 12

Auctores: 4—33, 15 cf. Cypr. Test. II, 13 et 15 4—5 *reuertamur—agebamus*] cf. A. 29, 9

1 suffecerat—2 annos XV *om. V* sufficerat *R* addidi—tempus Engelbrecht, additi (*sequitur rasura*) *st* tibi ad tempus *B*, auxi ad tempus *C*, . . . empui *sic R* 2 annos (annos *B*¹, anni *B*²) XV *BR*, quindecim annos *C* adiungit *B*, adiungens et *V*, adiunxit *C*, aiuxit *sic R* 3 ficus] fici *R* et tere et cataplastum *scripsi*, et tere . . . taplastum *R*, terrae et c. *V*, ueterem (*ex uetere*) et c. *B*, et c. *C* ut scilicet] et *R* 4 confracto *R*, confractus *C*, confractus *B*, confractis *V* inpetu libidinis *scripsi*, impetus (impetus *B*¹, impetu *B*²) libidinis *BC*, liuidinis inpetu *R*, impietatibus l. *V* recipias] reci. . . *R* 5 humilitatem—Christi (aduentus *R*)] humilitatem christi et aduentus eius *V* qua *BR*, quo *CV* 6 *ab* audi (*ante esaiam inc. cod. R fol. 117*¹ audi—deus *B*, audi (audies *V*) esaiam dicentem domine *RCV* 7 adnuntia. imus *R* 8 puer] *om. V* est] *om. V* eī (= eius) *B*, et *R*, ei *CV* 9 honor] decor *V* habuit *BR*, habebat *CV* 10 constitutus *B*, positus *RCV* et sciens *B*, et qui scit *CV*, e . . . sciat *R* ferre *BR*, *om. CV* infirmitatem *B*, infirmitates *RC*, infirmitates sustinere *V* 11 quia] qui *C* auersa *BR*, aduersata *V*, aduersatus *C* deprectatus est nec computatus est *B*, deprectata (deprectata *V*) est nec computata est (est *om. V*) *CV*, depredata est *R* 13 doloribus est *BV*, dolorib. . . . *R*, d. fuit *C* ipse—33, 1 est *pr. om. V*

est, sicut ouis ad uictimam ductus est; et sicut agnus
 coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum.
 in humilitate iudicium eius sublatum est. natiuitatem
 autem eius quis enarrabit? quia tollitur a terra uita
 5 eius, a facinoribus populi mei adductus est in mortem.
 et dabo malignos pro sepultura eius et diuites pro mor-
 te eius, quia peccatum non fecit nec dolus inuentus est
 in ore eius. sed dominus tradidit eum pro peccatis
 nostris, et inter iniquos deputatus est. item illic de humili-
 10 tate primi aduentus eius testatur dicens: posui dorsum meum
 ad flagella, maxillas autem meas ad palmas, faciem
 autem meam non auerti a foeditate sputorum, et
 fuit dominus adiutor meus. et Hieremias dicit: ego sicut
 ouis ad uictimam ductus sum et nesciebam. de quo
 15 agno in imaginem Christi Moyses in Aegypto pascha celebrauit

10 Esai. 50, 6—7 13 Hier. 11, 19 14—34, 12 cf. Exod. 12

Auctores: 7—9 cf. A. 27, 1—3. 5—6 14—36, 12 cf. Tract. Orig.
 XII 14—35, 6 cf. Cypr. Test. II, 22 (textus et inscr.). I, 8 p. 46, 2
 14—34, 12 cf. Tract. Orig. IX

1 uictimam *C*, uictima *B¹R*, occisionem *V* 2 tondente *CV*, ton-
 dentem *R*, tundentem *B¹* mutus *BR*, *om. V*, sine uoce *C* 3 a sub-
 latum *inc., cod. R fol. 118²* natiuitatem *BV*, natibitatem *R*, gene-
 rationem *C* 4 autem] *om. C* enarrabit *BV*, enarrauit *RC* tolli-
 tur *BC*, tolletur *RV* 5 a *BV*, quia a *R*, pro *C* facinoribus populi
 mei *B*, peccatis populi mei *C*, malignis plebis meae *V*, malignis pleuis
 me *R* adductus *BV*, ductus *RC* in] ad *C* 6 et *pr.*] et non *B*
 dabo malignos] dedi *V* pro sepultura eius *BC, om. RV* et *alt.*
(om. V)—7 eius] *om. B* 7 quia *BV*, qui *C*, quia tolletur a t...
 uita eius et *R* est] *om. V* 8 sed] *om. R* tradidit *B*, uoluit
 tradere *RCV* 9 et *BV, om. C et ut uid. R* deputatus] reputa-
 tus *V* illic] *om. R* 10 eius] *om. C ab ui inc. cod. R fol. 124²*
 12 autem *B, om. RCV* aberti *R* foeditate sputorum *V*, feditate
 sp. *R*, fidelitatē sp. *B¹*, confusione sp. *B²*, confusione sputaminum *C*
 et—13 meus] dominus aiutor meus *sic R* 13 et h. dicit *BV, om. R*, et
 h. dixit *C* ego] e. autem *R* 14 obis *R* nesciebam] nesciebant *R*
 quo] quo quidem *V* 15 moyses *R* in *alt.*] apud *V* egypto *R*
 pasca *R* celebrauit] celebrabat *R*

in liberatione populi. nec aliter potuerat populus de domo
 seruitutis aut de pressura Pharaonis liberari, nisi agnus occide-
 retur et pascha celebraretur et de sanguine eius limina domus
 signarentur, ut, cum ueniret angelus ille uastator, uiso signo san-
 guinis, qui in domibus erant, saluarentur. quod sacramentum ante 5
 praedictum in aduentu Christi inpletum est. pro hoc enim in
 primo aduentu suo Christus occisus est, ut nos de potestate dia-
 boli et de idolorum cultura liberaret. anniculus autem dictus est,
 quia, posteaquam intinctus est in Iordannem, annum praedicauit
 et sic passus est, et sanguine eius fronte censemur, ut in 10
 secundo aduentu, cum uenerit uastatio mundi istius, salui
 esse possimus. huius rei auctorem Ezechielum prophetam dabo,
 qui et ipse duos aduentus Christi significat dicens: transi
 mediam Hierusalem et notabis signum in frontibus
 uirorum dolentium et gementium ob iniquitates, quae 15

9 cf. Marc. 1, 9 Luc. 4, 19 13 et 35, 2 Ezech. 9, 4—6 cf.
 Apoc. 7, 3, 9, 4

Auctores: 10 cf. A. 53, 1 12—35, 6 cf. Tract. Orig. IV p. 36,
 23—26 Tert. Adu. Iud. c. 11

1 in] et in *B* liberatione *R* et ut uid. *B*¹, liberatione *B*²*C*, libera-
 tionem *V* potuerat *B*¹, poterat *B*²*RCV* de *B*, dei de *RCV*
 2 serbitutis *R* aut *B*, et *RCV* faraonis *R* 3 et alt.] ut *C* domus]
 domo ... *R* 4 ueniret *C*, uenerit *BV*, uenisset *R* ille *B*, om. *RCV*
 signo] agno *V* 5 qui *B*, om. *RCV* erant *B*, om. *RCV* a ntum
*inc. cod. R fol. 127*¹ 6 in aduentu *C*, in aduentum *B*¹*R*, aduentum *V*
 pro *B*¹*RCV*, propter *B*² enim] ergo *R* 7 christus *B*, om. *RCV*
 nos—8 de *B*, nos liberaret de diaboli potestate et de *RCV* 8 idolorum
 cultura liberaret *B*, i. c. *V*, c. i. *R*, i. c. quod est egyptia seruitus *C*
 9 intinctus *BC*, tinctus *RV* est] om. *C* iordannem *B*¹ (cf. 7, 16),
 iordanne *B*², iordannen *R*, iordane *CV* 10 sic] om. *R* fronte]
 f. signati *V* ut] et *C* in secundo] ip... cundo *R* 11 uastatio]
 uas || *inc. cod. R fol. 124*¹ || tator *R* 12 possimus] p. ut angelus ille
 uastator uiso signo sanguinis in domo saluarentur *B* huius] om. *B*
 ezechielum prophetam *B*, prophetam ezech.... *R*, ezechihelum p. *C*
 ezechielem p. *V* 13 significat *BV*, signicat *C*, significabat *R* transi
B, tr. per *RCV* 14 notabis *B*, dabo *R*, da *CV* 15 uirorum—35, 1
 terra *BC*, u. d. e. g. ab iniquitate q. fit i. t. *V*, hominum dolentium ob
 iniquatem (*sic*) q. fit i. t. *R*

fiunt in terra. et rursus secundum aduentum significat
 uastationem non signatorum dicens: ite in ciuitatem et
 nolite parcere seni neque iuueni, et mulieres et paru-
 los occidite gladio, ut deleantur; super quos autem
 5 signum inueneritis, ne tetigeritis eos et a sanctis meis
 incipite. hoc signum et Raab meretrix, quae [in] figura eccle-
 siae fuit, coccum et spartum in fenestra suspendit, ut, cum
 Iesus ueniret Hiericho debellare, uiso signo coccini Raab et,
 qui in domo eius essent, saluarentur. ita et in aduentu Christi,
 10 cum uenerit Christus filius dei saeculum istum igni cremare,
 ecclesia et, qui in ea fronte signati inuenti fuerint, salua-
 buntur; sicut Osee, qui typum Christi fuit, iubetur accipere
 uxorem fornicationis hoc est ecclesiam, quam de fornicatione

2 cf. A. 34, 13 6—9 cf. Ios. 2 12—13 cf. Os. 1, 2

Auctores: 11 *ecclesia—saluabuntur*] cf. A. 31, 2—3

1 et rursus *RC*, e. rursus *V*, *om. B* significat] *om. B* 2 uasta-
 tionem] *om. C* non] *om. R* cibitate *R* 3 iu. eni *R* mulieres
 —gladio] mulieribus et paruulis nolite parcere gladio *V* parbulos *R*
 4 ut deleantur *C*, *om. RV*, et d. *B*, cf. 50, 4 quos autem] quem *R*
 5 ne] nec *V* tetigeritis—meis *B*, t. et s. m. *RCV* 6 incipite *B*, parcite
R, parce *C*, nolite parcere *V* et] *om. V* in *uncis seclusi* aec.
 (*loco ecclesiae*) *R* 7 a fuit *inc. cod. R fol. 127²* cocchum *R*
 suspendit] pependit *V* ut—debellare (*deuillare B*) *BC*, u. c. i. naue
 u. ierico d. *V*, u. c. debellare ue. expugnare hierico *R* 8 coc-
 cini *BC*, coccineo *V*, cocc. . . . (*cf. lin. 7*) *R* 9 essent *VB²*, esset *B¹*,
om. C, erant *R* saluarentur] cum (*aut eum*) ea saluarentur *R* et]
om. C in] *om. R* aduentu (*aduentū B¹*, aduentum *C*, cf. 34,
 6—7)—cum *BCV*, aduentus secundum s. *R* 10 uenerit *BR*,
 uenire caeperit *C*, uenire coeperit *V* saeculum] secundum s. *V* igni
B et ut uid. R, ex igne *CV* 11 ecclesia *BC*, aeclesia *R*, ecclesiae *V*
 inuenti *BC*, *om. RV* sal. abuntur *R* 12 sicut *B*, sic et *CV*, sicut
 et *R. cf. 6, 3* osee qui (*inter osee et qui in B rasura*) *BV*, ose
 (*cf. 38, 6*) . . . in *R*, in osee qui *C* typum] *typpū B* fuit] tenuit *V*
 iubetur] iubet *V* 13 fornicationis *B*, fornicariam *RCV* aeclesiam *R*
 a catione *inc. cod. R fol. 119²*

idolorum Christus accepit: dixit dominus haec: occupa tibi uxorem fornicationis; hoc est de fornicatione idolorum illam accepit, quoniam initium fornicationis idolorum seruitus.

Simon Iudaeus dixit: Ergo ecclesia fornicaria est?

